

OFFICIUM PARVUM  
BEATÆ MARIÆ VIRGINIS

renovatum ex Liturgia Horarum

PETIT OFFICE  
DE LA SAINTE VIERGE MARIE

mis à jour d'après la Liturgie des Heures

## ANTE PRIMUM OFFICIUM DIEI

℣. Dómine, ✠ lábia mea apéries.

℞. Et os meum annuntiábit laudem tuam.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℞. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

**Antiphona.** Ave María, grátia plena, \* Dóminus tecum.  
*(T.P. Allelúia.)*

### PSALMUS 94

Veníte, exsultémus Dómino, \*

jubilémus Deo, salutári nostro :

Præoccupémus fáciem ejus in confessióne, \*

et in psalmis jubilémus ei.

Quóniam Deus magnus Dóminus,

et Rex magnus super omnes deos, \*

quóniam non repéllet Dóminus plebem suam :

Quia in manu ejus sunt omnes fines terræ, \*

et altitúdines móntium ipse cónspicit.

Quóniam ipsíus est mare, et ipse fecit illud, \*

et áridam fundavérunt manus ejus.

Veníte, adorémus, et procidámus ante Deum : \*

plorémus coram Dómino, qui fecit nos,

Quia ipse est Dóminus, Deus noster ; \*

nos autem pópulus ejus, et oves páscuæ ejus.

Hódie, si vocem ejus audiéritis, \*

nolíte obduráre corda vestra,

Sicut in exacerbatióne \*

secúndum diem tentatiónis in desérto :

Ubi tentavérunt me patres vestri, \*

probavérunt et vidérunt ópera mea.

Quadragínta annis próximus fui generatióni huic, et dixi : \*

semper hi errant corde,

ipsi vero non cognovérunt vias meas :

Quibus jurávi in ira mea : \*

si introíbunt in réquiem meam.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*

et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

## AVANT LE PREMIER OFFICE DE LA JOURNÉE

- V. Seigneur, ✠ ouvre mes lèvres,  
 R. Et ma bouche publiera ta louange.  
 V. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,  
 R. Au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. *(Pendant le Carême on omet l'Alléluia.)*

**Antienne.** Je vous salue Marie, pleine de grâce, \* le Seigneur est avec vous. *(T.P. Alléluia.)*

### PSAUME 94

Venez, crions de joie pour le Seigneur, \*  
 acclamons notre Rocher, notre salut !  
 Allons jusqu'à lui en rendant grâce, \*  
 par nos hymnes de fête acclamons-le !  
 Oui, le grand Dieu, c'est le Seigneur, \*  
 le grand roi au-dessus de tous les dieux :  
 Il tient en main les profondeurs de la terre, \*  
 et les sommets des montagnes sont à lui ;  
 À lui la mer, c'est lui qui l'a faite, \*  
 et les terres, car ses mains les ont pétries.  
 Entrez, inclinez-vous, prosternez-vous, \*  
 adorons le Seigneur qui nous a faits.  
 Oui, il est notre Dieu ; +  
 nous sommes le peuple qu'il conduit, \*  
 le troupeau guidé par sa main.  
 Aujourd'hui écouterez-vous sa parole ? +  
 « Ne fermez pas votre cœur comme au désert, \*  
 comme au jour de tentation et de défi,  
 Où vos pères m'ont tenté et provoqué, \*  
 et pourtant ils avaient vu mon exploit.  
 Quarante ans leur génération m'a déçu, +  
 et j'ai dit : Ce peuple a le cœur égaré, \*  
 il n'a pas connu mes chemins.  
 Dans ma colère, j'en ai fait le serment : \*  
 Jamais ils n'entreront dans mon repos. »  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

## OFFICIUM LECTIONIS

℣. Deus ✠ in adiutorium meum intende.

℟. Dómine, ad adiuvándum me festína.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℟. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

## HYMNUS

Quem terra, pontus, aëthera  
Colunt, adórant, prædicant,  
Trinam regéntem máchinam,  
Clastrum Mariæ bájulat.

Cui luna, sol, et ómnia  
Desérviunt per témpora,  
Perfúsa cæli grátia,  
Gestant puéllæ víscera.

Beáta Mater múnere,  
Cujus supérnus Artifex  
Mundum pugíllo cóntinens,  
Ventris sub arca clausus est.

Beáta cæli núntio,  
Fœcúnda sancto Spíritu,  
Desiderátus géntibus,  
Cujus per alvum fusus est.

*Tempore Paschali additur :*  
Quaésumus, auctor ómnium,  
In hoc pascháli gáudio,  
Ab omni mortis ímpetu,  
Tuum defénde pópulum.

*In Octava Ascensionis additur :*  
Tu esto nostrum gáudium,  
Qui es futúrus præmium :  
Sit nostra in te glória,  
Per cuncta semper sæcula.

Glória tibi, Dómine,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu  
In sempitérna sæcula.  
Amen.

## OFFICE DES LECTURES

V. Dieu, viens à mon aide,  
 R. Seigneur, à notre secours.  
 V. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,  
 R. au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. (*Pendant le Carême on omet l'Alléluia.*)

### HYMNE

Celui que la terre, la mer, et les cieux  
 vénèrent, adorent et annoncent ;  
 Celui qui régit ce triple monde,  
 Marie le porte caché dans son sein.

Celui à qui la lune, le soleil et toutes les choses  
 obéissent constamment,  
 est porté par les entrailles d'une jeune vierge,  
 toute pénétrée de la grâce céleste.

Bienheureuse mère !  
 dont le sein virginal par un prodige de grâce,  
 renferme l'Artisan suprême  
 qui tient le monde dans sa main.

Bienheureuse ! À la parole d'un messenger du ciel,  
 elle est rendue féconde par le Saint-Esprit,  
 et son sein donne au monde  
 le désiré des nations.

*Au temps pascal, on ajoute :*  
 Nous te prions, ô Créateur,  
 En ce temps de la joie pascale,  
 Contre les assauts de la mort  
 Daigne défendre ton peuple.

*Pendant l'octave de l'Ascension, on ajoute :*  
 Puisses-tu être notre joie,  
 Toi, la récompense à venir !  
 Que notre gloire soit en toi,  
 sans cesse, à travers tous les siècles.

Ô Jésus, gloire à toi  
 Qui es né de la Vierge,  
 Ainsi qu'au Père et à l'Esprit Saint  
 Dans les siècles éternels.  
 Amen.

## DOMINICA

**Antiphona.** Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui.

## PSALMUS 8

Dómine, Dóminus noster, \*  
 quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra  
 Quóniam eleváta est magnificéntia tua, \* super cælos.  
 Ex ore infántium et lacténtium  
 perfecísti laudem propter inimícos tuos, \*  
 ut déstruas inimícum et ultórem.  
 Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum : \*  
 lunam et stellas, quæ tu fundásti.  
 Quid est homo quod memor es ejus? \*  
 aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum ?  
 Minuísti eum paulo minus ab Ángelis,  
 glória et honóre coronásti eum : \*  
 et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.  
 Omnia subiecísti sub pédibus ejus, \*  
 oves et boves univérſas : ínſuper et pécora campi.  
 Vólucres cæli, et pisces maris, \*  
 qui perámbulant sémitas maris.  
 Dómine, Dóminus noster, \*  
 quam admirábile est nomen tuum in univérſa terra !  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et ſemper, \*  
 et in ſæcula ſæculórum. Amen.

## PSALMUS 18

Cæli enárrant glóriam Dei : \*  
 et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.  
 Dies diéi erúctat verbum, \* et nox nocti índicat sciéntiam.  
 Non sunt loquélæ, neque ſermónes, \*  
 quorum non audiántur voces eórum.  
 In omnem terram exívit ſonus eórum : \*  
 et in fines orbis terræ verba eórum.  
 In ſole póſuit tabernáculum ſuum : \*  
 et ipſe tamquam ſponſus procédens de thálamó ſuo :  
 Exſultávit ut gigas ad curréndam viam, \*  
 a ſummo cælo egréſſio ejus :  
 Et occúſus ejus uſque ad ſummum ejus : \*  
 nec eſt qui ſe abſcóndat a calóre ejus.  
 Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas : \*  
 teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.  
 Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : \*

## DIMANCHE

**Antienne.** Vous êtes bénie entre toutes les femmes, et le fruit de vos entrailles est béni.

## PSAUME 8

Ô Seigneur, notre Dieu, \*  
 qu'il est grand ton nom par toute la terre !  
 Jusqu'aux cieux, ta splendeur est chantée \*  
 par la bouche des enfants, des tout-petits :  
 Rempart que tu opposes à l'adversaire, \*  
 où l'ennemi se brise en sa révolte.  
 À voir ton ciel, ouvrage de tes doigts, \*  
 la lune et les étoiles que tu fixas,  
 Qu'est-ce que l'homme pour que tu penses à lui, \*  
 le fils d'un homme, que tu en prennes souci ?  
 Tu l'as voulu un peu moindre qu'un dieu, \*  
 le couronnant de gloire et d'honneur ;  
 Tu l'établis sur les œuvres de tes mains, \*  
 tu mets toute chose à ses pieds :  
 Les troupeaux de bœufs et de brebis, \*  
 et même les bêtes sauvages,  
 Les oiseaux du ciel et les poissons de la mer, \*  
 tout ce qui va son chemin dans les eaux.  
 Ô Seigneur, notre Dieu, \*  
 qu'il est grand ton nom par toute la terre !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

## PSAUME 18

Les cieux proclament la gloire de Dieu, \*  
 le firmament raconte l'ouvrage de ses mains.  
 Le jour au jour en livre le récit \*  
 et la nuit à la nuit en donne connaissance.  
 Pas de paroles dans ce récit, \* pas de voix qui s'entende ;  
 Mais sur toute la terre en paraît le message \*  
 et la nouvelle, aux limites du monde.  
 Là, se trouve la demeure du soleil : +  
 tel un époux, il paraît hors de sa tente, \*  
 il s'élançe en conquérant joyeux.  
 Il paraît où commence le ciel, +  
 il s'en va jusqu'où le ciel s'achève : \*  
 rien n'échappe à son ardeur.  
 La loi du Seigneur est parfaite, qui redonne vie ; \*  
 la charte du Seigneur est sûre, qui rend sages les simples.  
 Les préceptes du Seigneur sont droits,

præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.  
 Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : \*  
 iudícia Dómini vera, justificáta in semetíp̄sa.  
 Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósus multum : \*  
 et dulcióra super mel et favum.  
 Étenim servus tuus custódit ea, \*  
 in custodiéndis illis retribútio multa.  
 Delicta quis intélligit ? ab occúltis meis munda me : \*  
 et ab aliénis parce servo tuo.  
 Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : \*  
 et emundábor a delicto máximo.  
 Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : \*  
 et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.  
 Dómine, adiútor meus, \* et redémptor meus.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princíp̄io, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 23

Dómini est terra, et plenitúdo ejus : \*  
 orbis terrárum, et univér̄si qui hábitant in eo.  
 Quia ipse super mária fundávit eum : \*  
 et super flúmina præparávit eum.  
 Quis ascéndet in montem Dómini ? \*  
 aut quis stabit in loco sancto ejus ?  
 Ínnocens mánibus et mundo corde, \*  
 qui non accépit in vano ánimam suam,  
 nec jurávit in dolo próx̄imo suo.  
 Hic accípiet benedictiÓNem a Dómino : \*  
 et misericórdiam a Deo, salutári suo.  
 Hæc est generátio quæréntium eum, \*  
 quæréntium fáciem Dei Jacob.  
 Attóllite portas, príncipes, vestras,  
 et elevámini, portæ æternáles : \*  
 et introíbit Rex glóriæ.  
 Quis est iste Rex glóriæ ? \*  
 Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.  
 Attóllite portas, príncipes, vestras,  
 et elevámini, portæ æternáles : \*  
 et introíbit Rex glóriæ.  
 Quis est iste Rex glóriæ ? \*  
 Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.



ils réjouissent le cœur ; \*  
 le commandement du Seigneur est limpide,  
 il clarifie le regard.  
 La crainte qu'il inspire est pure, elle est là pour toujours ; \*  
 les décisions du Seigneur sont justes et vraiment équitables :  
 Plus désirables que l'or, qu'une masse d'or fin, \*  
 plus savoureuses que le miel qui coule des rayons.  
 Aussi ton serviteur en est illuminé ; +  
 à les garder, il trouve son profit. \*  
 Qui peut discerner ses erreurs ?  
 Purifie-moi de celles qui m'échappent.  
 Préserve aussi ton serviteur de l'orgueil :  
 qu'il n'ait sur moi aucune emprise. \*  
 Alors je serai sans reproche, pur d'un grand péché.  
 Accueille les paroles de ma bouche,  
 le murmure de mon cœur ; \*  
 qu'ils parviennent devant toi, Seigneur,  
 mon rocher, mon défenseur !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 23

Au Seigneur, le monde et sa richesse, \*  
 la terre et tous ses habitants !  
 C'est lui qui l'a fondée sur les mers \*  
 et la garde inébranlable sur les flots.  
 Qui peut gravir la montagne du Seigneur \*  
 et se tenir dans le lieu saint ?  
 L'homme au cœur pur, aux mains innocentes, \*  
 qui ne livre pas son âme aux idoles  
 (et ne dit pas de faux serments).  
 Il obtient, du Seigneur, la bénédiction, \*  
 et de Dieu son Sauveur, la justice.  
 Voici le peuple de ceux qui le cherchent ! \*  
 Voici Jacob qui recherche ta face !  
 Portes, levez vos frontons, +  
 élevez-vous, portes éternelles : \*  
 qu'il entre, le roi de gloire !  
 Qui est ce roi de gloire ? +  
 C'est le Seigneur, le fort, le vaillant, \*  
 le Seigneur, le vaillant des combats.  
 Portes, levez vos frontons, + levez-les, portes éternelles : \*  
 qu'il entre, le roi de gloire !  
 Qui donc est ce roi de gloire ? +

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

## FERIA SECUNDA

**Antiphona.** María Virgo assúmpta est ad æthéreum thálamum, in quo Rex regum stelláto sedet sólio.

### PSALMUS 42

Júdica me, Deus,  
et discérne causam meam de gente non sancta, \*  
ab hómine iníquo, et dolóso érué me.  
Quia tu es, Deus, fortitúdo mea : \*  
quare me repulísti ?  
Et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus ?  
Emítte lucem tuam et veritátem tuam : \*  
ipsa me deduxérunt, et adduxérunt  
in montem sanctum tuum, et in tabernácula tua.  
Et introíbo ad altáre Dei : \*  
ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.  
Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus : \*  
quare tristis es, ánima mea ? Et quare contúrbas me ?  
Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : \*  
salutáre vultus mei, et Deus meus.  
Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 92

Dóminus regnávít, decórem indútus est : \*  
indútus est Dóminus fortitúdinem, et præcínxit se.  
Étenim firmávit orbem terræ, \*  
qui non commovébitur.  
Paráta sedes tua ex tunc : \* a sæculo tu es.  
Elevavérunt flúmina, Dómine : \*  
elevavérunt flúmina vocem suam.  
Elevavérunt flúmina fluctus suos, \*  
a vóibus aquárum multárum.  
Mirábiles elatiónes maris : \*  
mirábilis in altis Dóminus.  
Testimónia tua credibília facta sunt nimis : \*  
domum tuam decet sanctitúdo,  
Dómine, in longitúdinem díerum.

C'est le Seigneur, Dieu de l'univers ; \*  
 c'est lui, le roi de gloire.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

Antienne.

## LUNDI

Antienne. La Vierge Marie a été élevée au palais des cieux,  
 où le Roi des rois siège sur un trône constellé d'étoiles.

### PSAUME 42

Rends-moi justice, ô mon Dieu,  
 défends ma cause contre un peuple sans foi ; \*  
 de l'homme qui ruse et trahit, libère-moi.  
 C'est toi, Dieu, ma forteresse : pourquoi me rejeter ? \*  
 Pourquoi vais-je assombri, pressé par l'ennemi ?  
 Envoie ta lumière et ta vérité : qu'elles guident mes pas \*  
 et me conduisent à ta montagne sainte,  
 jusqu'en ta demeure.  
 J'avancerai jusqu'à l'autel de Dieu,  
 vers Dieu qui est toute ma joie ; \*  
 je te rendrai grâce avec ma harpe, Dieu, mon Dieu !  
 Pourquoi te désoler, ô mon âme, et gémir sur moi ? \*  
 Espère en Dieu ! De nouveau je rendrai grâce :  
 il est mon sauveur et mon Dieu !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 92

Le Seigneur est roi ;  
 il s'est vêtu de magnificence,  
 le Seigneur a revêtu sa force.  
 Et la terre tient bon, inébranlable ;  
 dès l'origine ton trône tient bon,  
 depuis toujours, tu es.  
 Les flots s'élèvent, Seigneur,  
 les flots élèvent leur voix,  
 les flots élèvent leur fracas.  
 Plus que la voix des eaux profondes,  
 des vagues superbes de la mer,  
 superbe est le Seigneur dans les hauteurs.  
 Tes volontés sont vraiment immuables :  
 la sainteté emplit ta maison,  
 Seigneur, pour la suite des temps.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 99

Jubilate Deo, omnis terra : \* servíte Dómino in lætítia.  
Introíte in conspéctu ejus, \* in exsultatióne.  
Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : \*  
ipse fecit nos, et non ipsi nos.  
Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : \*  
introíte portas ejus in confessiόne,  
átria ejus in hymnis : confitémini illi.  
Laudáte nomen ejus : quóniam suávis est Dóminus,  
in ætérnum misericór dia ejus, \*  
et usque in generatióne et generatióne véritas ejus.  
Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 116

Laudáte Dóminum, omnes gentes : \*  
laudáte eum, omnes pópuli :  
Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : \*  
et véritas Dómini manet in ætérnum.  
Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

## FERIA TERTIA

**Antiphona.** Quando natus est ineffábiliter ex Virgine, tunc implétæ sunt Scriptúræ : sicut plúvia in vellus descendísti, ut salvum fáceres genus humánum : te laudámus, Deus noster.

## PSALMUS 119

Ad Dóminum cum tribulárer clamávi : \* et exaudívit me.  
Dómine, líbera ánimam meam a lábiis iníquis, \*  
et a lingua dolósa.  
Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi \*  
ad linguam dolósam ?  
Sagítta poténtis acútæ, \* cum carbónibus desolatóriis.  
Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus est :  
habitávi cum habitántibus Cedar : \*

Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit,  
au Dieu qui est, qui était et qui vient,  
pour les siècles des siècles. Amen.

PSAUME 99

Acclamez le Seigneur, terre entière,  
servez le Seigneur dans l'allégresse,  
venez à lui avec des chants de joie !  
Reconnaissez que le Seigneur est Dieu :  
il nous a faits, et nous sommes à lui,  
nous, son peuple, son troupeau.  
Venez dans sa maison lui rendre grâce,  
dans sa demeure chanter ses louanges ;  
rendez-lui grâce et bénissez son nom !  
Oui, le Seigneur est bon,  
éternel est son amour,  
sa fidélité demeure d'âge en âge.  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit,  
au Dieu qui est, qui était et qui vient,  
pour les siècles des siècles. Amen.

PSAUME 116

Louez le Seigneur, tous les peuples ; \*  
fêtez-le, tous les pays !  
Son amour envers nous s'est montré le plus fort ; \*  
éternelle est la fidélité du Seigneur !  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

MARDI

**Antienne.** À ta naissance ineffable d'une Vierge se sont accomplies les Écritures : comme la rosée sur la toison, tu es descendu pour sauver le genre humain. Nous te louons, notre Dieu.

PSAUME 119

Dans ma détresse, j'ai crié vers le Seigneur,  
et lui m'a répondu. \* Seigneur, délivre-moi  
de la langue perfide, de la bouche qui ment.  
Que t'infliger, ô langue perfide, et qu'ajouter encore ? \*  
La flèche meurtrière du guerrier, et la braise des genêts.  
Malheur à moi : je dois vivre en exil \*  
et camper dans un désert !

multum íncola fuit ánima mea.

Cum his, qui odérunt pacem, eram pacíficus : \*  
 cum loquébar illis, impugnábant me gratis.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 120

Levávi óculos meos in montes, \* unde véniet auxiliúm mihi.  
 Auxiliúm meum a Dómino, \* qui fecit cælum et terram.  
 Non det in commotióne pedem tuum : \*  
 neque dormítet qui custódit te.  
 Ecce, non dormitábit neque dórmiet, \* qui custódit Israël.  
 Dóminus custódit te, Dóminus protéctio tua, \*  
 super manum dèxteram tuam.  
 Per diem sol non uret te : \* neque luna per noctem.  
 Dóminus custódit te ab omni malo : \*  
 custódiat ánimam tuam Dóminus.  
 Dóminus custódiat intróitum tuum, et éxitum tuum : \*  
 ex hoc nunc, et usque in sæculum.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 121

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi : \*  
 In domum Dómini íbimus.  
 Stantes erant pedes nostri, \* in átriis tuis, Jerúsalem.  
 Jerúsalem, quæ ædificátur ut cívitas : \*  
 cujus participátio ejus in idípsum.  
 Illuc enim ascendérunt tribus, tribus Dómini : \*  
 testimónium Israël ad confiténdum nómini Dómini.  
 Quia illic sedérunt sedes in iudício, \*  
 sedes super domum David.  
 Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem : \*  
 et abundántia diligéntibus te :  
 Fiat pax in virtúte tua : \* et abundántia in túrribus tuis.  
 Propter fratres meos, et próximos meos, \*  
 loquébar pacem de te :  
 Propter domum Dómini, Dei nostri, \* quæsívi bona tibi.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

Trop longtemps, j'ai vécu  
 parmi ces gens qui haïssent la paix. \*  
 Je ne veux que la paix,  
 mais quand je parle ils cherchent la guerre.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 120

Je lève les yeux vers les montagnes : \*  
 d'où le secours me viendra-t-il ?  
 Le secours me viendra du Seigneur \*  
 qui a fait le ciel et la terre.  
 Qu'il empêche ton pied de glisser, \*  
 qu'il ne dorme pas, ton gardien.  
 Non, il ne dort pas, ne sommeille pas, \* le gardien d'Israël.  
 Le Seigneur, ton gardien, le Seigneur, ton ombrage, \*  
 se tient près de toi.  
 Le soleil, pendant le jour, ne pourra te frapper, \*  
 ni la lune, durant la nuit.  
 Le Seigneur te gardera de tout mal, \* il gardera ta vie.  
 Le Seigneur te gardera, au départ et au retour, \*  
 maintenant, à jamais.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 121

Quelle joie quand on m'a dit : \*  
 « Nous irons à la maison du Seigneur ! »  
 Maintenant notre marche prend fin \*  
 devant tes portes, Jérusalem !  
 Jérusalem, te voici dans tes murs : \*  
 ville où tout ensemble ne fait qu'un !  
 C'est là que montent les tribus, les tribus du Seigneur, \*  
 là qu'Israël doit rendre grâce au nom du Seigneur.  
 C'est là le siège du droit, \* le siège de la maison de David.  
 Appelez le bonheur sur Jérusalem : \*  
 « Paix à ceux qui t'aiment !  
 Que la paix règne dans tes murs, \*  
 le bonheur dans tes palais ! »  
 À cause de mes frères et de mes proches, \*  
 je dirai : « Paix sur toi ! »  
 À cause de la maison du Seigneur notre Dieu, \*  
 je désire ton bien.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

## FERIA QUARTA

**Antiphona.** Oriétur sicut sol Salvátor mundi, et descéndet in úterum Vírginis sicut imber super gramen.

## PSALMUS 122

Ad te levávi óculos meos, \* qui hábitas in cælis.  
 Ecce, sicut óculi servórum \* in mánibus dominórum suórum,  
 Sicut óculi ancíllæ in mánibus dómínæ suæ : \*  
     ita óculi nostri ad Dóminum, Deum nostrum,  
     donec misereátur nostri.  
 Miserére nostri, Dómine, miserére nostri : \*  
     quia multum repléti sumus despectióne :  
 Quia multum repléta est ánima nostra : \*  
     oppróbrum abundántibus, et despéctio supérbis.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
     et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 123

Nisi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël : \*  
     nisi quia Dóminus erat in nobis,  
 Cum exsúrgerent hómines in nos, \*  
     forte vivos deglutíssent nos :  
 Cum irascerétur furor eórum in nos, \*  
     fórsitan aqua absorbuíssent nos.  
 Torréntem pertransívit ánima nostra : \*  
     fórsitan pertransíssent ánima nostra aquam intolerábilem.  
 Benedíctus Dóminus \*  
     qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.  
 Ánima nostra sicut passer erépta est \* de láqueo venántium :  
 Láqueus contrítus est, \* et nos liberáti sumus.  
 Adjutórium nostrum in nómine Dómini, \*  
     qui fecit cælum et terram.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
     et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 124

Qui confídunt in Dómino, sicut mons Sion : \*  
     non commovébitur in ætérnum, qui hábitat in Jerúsalem.  
 Montes in circúitu ejus : \*  
     et Dóminus in circúitu pópuli sui,  
     ex hoc nunc et usque in sæculum.  
 Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum



## MERCREDI

**Antienne.** Le Sauveur du monde apparaîtra comme le soleil, et descendra dans le sein de la Vierge comme la pluie sur l'herbe.

## PSAUME 122

Vers toi j'ai les yeux levés, \* vers toi qui es au ciel.  
 Comme les yeux de l'esclave vers la main de son maître, +  
 comme les yeux de la servante  
 vers la main de sa maîtresse, \*  
 nos yeux, levés vers le Seigneur notre Dieu,  
 attendent sa pitié.  
 Pitié pour nous, Seigneur, pitié pour nous : \*  
 notre âme est rassasiée de mépris.  
 C'en est trop, nous sommes rassasiés \*  
 du rire des satisfaits, du mépris des orgueilleux !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

## PSAUME 123

Sans le Seigneur qui était pour nous, – qu'Israël le redise – +  
 sans le Seigneur qui était pour nous  
 quand des hommes nous assaillirent, \*  
 alors ils nous avalaient tout vivants,  
 dans le feu de leur colère.  
 Alors le flot passait sur nous, le torrent nous submergeait ; \*  
 alors nous étions submergés par les flots en furie.  
 Béni soit le Seigneur \*  
 qui n'a pas fait de nous la proie de leurs dents !  
 Comme un oiseau,  
 nous avons échappé au filet du chasseur ; \*  
 le filet s'est rompu : nous avons échappé.  
 Notre secours est le nom du Seigneur \*  
 qui a fait le ciel et la terre.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

## PSAUME 124

Qui s'appuie sur le Seigneur ressemble au mont Sion : \*  
 il est inébranlable, il demeure à jamais.  
 Jérusalem, des montagnes l'entourent ; \*  
 ainsi le Seigneur :  
 il entoure son peuple maintenant et toujours.  
 Jamais le sceptre de l'impie ne pèsera sur la part des justes, \*

super sortem justórum : \*  
 ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.  
 Bénefac, Dómine, bonis, \* et rectis corde.  
 Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus  
 cum operántibus iniquitátem : \*  
 pax super Israël.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

### FERIA QUINTA

**Antiphona.** Pulchra es et decóra, fília Jerúsalem, terríbilis  
 ut castrorum ácies ordináta.

#### PSALMUS 125

In converténdo Dóminus captivitátem Sion : \*  
 facti sumus sicut consoláti :  
 Tunc replétum est gáudio os nostrum : \*  
 et lingua nostra exsultatióne.  
 Tunc dicent inter gentes : \*  
 Magnificávit Dóminus fácere cum eis.  
 Magnificávit Dóminus fácere nobíscum : \*  
 facti sumus lætántes.  
 Convérte, Dómine, captivitátem nostram, \*  
 sicut torrens in Austro.  
 Qui sémant in lácrimis, \* in exsultatióne metent.  
 Eúntes ibant et flebant, \* mitténtes sémina sua.  
 Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, \*  
 portántes manípulos suos.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

#### PSALMUS 126

Nisi Dóminus ædificáverit domum, \*  
 in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.  
 Nisi Dóminus custodíderit civitátem, \*  
 frustra vígilat qui custódit eam.  
 Vanum est vobis ante lucem súrgere : \*  
 súrgite postquam sedéritis,  
 qui manducátis panem dolóris.  
 Cum déderit diléctis suis somnum : \*  
 ecce heréditas Dómini fílii : merces, fructus ventris.  
 Sicut sagíttæ in manu poténtis : \*

de peur que la main des justes ne se tende vers l'idole.  
 Sois bon pour qui est bon, Seigneur,  
 pour l'homme au cœur droit. \*  
 Mais ceux qui rusent et qui trahissent,  
 que le Seigneur les rejette avec les méchants !  
 Paix sur Israël !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

## JEUDI

**Antienne.** Tu es belle et suave, fille de Jérusalem, terrible  
 comme une armée rangée en bataille.

### PSAUME 125

Quand le Seigneur ramena les captifs à Sion, \*  
 nous étions comme en rêve !  
 Alors notre bouche était pleine de rires,  
 nous poussions des cris de joie ; +  
 alors on disait parmi les nations :  
 « Quelles merveilles fait pour eux le Seigneur ! » \*  
 Quelles merveilles le Seigneur fit pour nous :  
 nous étions en grande fête !  
 Ramène, Seigneur, nos captifs, \*  
 comme les torrents au désert.  
 Qui sème dans les larmes moissonne dans la joie : +  
 il s'en va, il s'en va en pleurant, il jette la semence ; \*  
 il s'en vient, il s'en vient dans la joie, il rapporte les gerbes.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 126

Si le Seigneur ne bâtit la maison,  
 les bâtisseurs travaillent en vain ; \*  
 si le Seigneur ne garde la ville,  
 c'est en vain que veillent les gardes.  
 En vain tu devances le jour,  
 tu retardes le moment de ton repos, +  
 tu manges un pain de douleur : \*  
 Dieu comble son bien-aimé quand il dort.  
 Des fils, voilà ce que donne le Seigneur,  
 des enfants, la récompense qu'il accorde ; \*

ita fíli excussórum.

Beátus vir, qui implévit desidérium suum ex ipsis : \*  
 non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 127

Beáti, omnes, qui timent Dóminum, \*  
 qui ámbulant in viis ejus.  
 Labóres mánuum tuárum quia manducábis : \*  
 beátus es, et bene tibi erit.  
 Uxor tua sicut vitis abúndans, \* in latéribus domus tuæ.  
 Fílii tui sicut novéllæ olivárum, \* in circúitu mensæ tuæ.  
 Ecce, sic benedicétur homo, \* qui timet Dóminum.  
 Benedícat tibi Dóminus ex Sion : \*  
 et vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ.  
 Et vídeas fílios filiórum tuórum, \* pacem super Israël.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

### FERIA SEXTA

**Antiphona.** Spécie tua et pulchritúdine tua inténde, prospere procéde, et regna.

### PSALMUS 44

Eructávit cor meum verbum bonum : \*  
 dico ego ópera mea Regi.  
 Lingua mea cálamus scribæ : \* velóciter scribéntis.  
 Speciósus forma præ fíliis hóminum,  
 diffúsa est grátia in lábiis tuis : \*  
 proptérea benedíxit te Deus in ætérnum.  
 Accíngere gládio tuo super femur tuum, \* potentíssime.  
 Spécie tua et pulchritúdine tua : \*  
 inténde, prospere procéde, et regna.  
 Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : \*  
 et dedúcet te mirabíliter dèxtera tua.  
 Sagíttæ tuæ acútæ, pópuli sub te cadent : \*  
 in corda inimicórum Regis.  
 Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi : \*  
 virga directiónis virga regni tui.

comme des flèches aux mains d'un guerrier,  
 ainsi les fils de la jeunesse.  
 Heureux l'homme vaillant  
 qui a garni son carquois de telles armes ! \*  
 S'ils affrontent leurs ennemis sur la place,  
 ils ne seront pas humiliés.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

## PSAUME 127

Heureux qui craint le Seigneur \* et marche selon ses voies !  
 Tu te nourriras du travail de tes mains : \*  
 Heureux es-tu ! À toi, le bonheur !  
 Ta femme sera dans ta maison comme une vigne généreuse, \*  
 et tes fils, autour de la table, comme des plants d'olivier.  
 Voilà comment sera béni l'homme qui craint le Seigneur. \*  
 De Sion, que le Seigneur te bénisse !  
 Tu verras le bonheur de Jérusalem tous les jours de ta vie, \*  
 et tu verras les fils de tes fils.  
 Paix sur Israël !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

Antienne.

## VENDREDI

Antienne. Dans l'éclat de votre beauté, avancez, prospérez,  
 et régnez.

## PSAUME 44

D'heureuses paroles jaillissent de mon cœur  
 quand je dis mes poèmes pour le roi  
 d'une langue aussi vive que la plume du scribe !  
 Tu es beau, comme aucun des enfants de l'homme,  
 la grâce est répandue sur tes lèvres :  
 oui, Dieu te bénit pour toujours.  
 Guerrier valeureux, porte l'épée de noblesse et d'honneur !  
 Ton honneur, c'est de courir au combat  
 pour la justice, la clémence et la vérité.  
 Ta main jettera la stupeur, les flèches qui déchirent ;  
 sous tes coups, les peuples s'abattront,  
 les ennemis du roi, frappés en plein cœur.  
 Ton trône est divin, un trône éternel ;  
 ton sceptre royal est sceptre de droiture :  
 tu aimes la justice, tu réprouves le mal.

Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem : \*  
 proptérea unxit te, Deus, Deus tuus,  
 óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et cásia  
 a vestiméntis tuis, a dómibus ebúrneis : \*  
 ex quibus delectavérunt te filia regum in honóre tuo.

Ástitit regína a dextris tuis in vestítu deauráto : \*  
 circúmdata varietáte.

Audi filia, et vide, et inclína aurem tuam : \*  
 et oblivíscere populum tuum et domum patris tui.

Et concupíscet Rex decórem tuum : \*  
 quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, et adorábunt eum.

Et filia Tyri in munéribus \*  
 vultum tuum deprecabúntur : omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filia Regis ab intus, \*  
 in fimbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam : \*  
 próximæ ejus afferéntur tibi.

Afferéntur in lætítia et exsultatióne : \*  
 adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii : \*  
 constitúes eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui : \*  
 in omni generatióne et generatióne.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum : \*  
 et in sæculum sæculi.

Glória Patri, et Filio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 45

Deus noster refúgium, et virtus : \*  
 adjútor in tribulatióne, quæ invenérunt nos nimis.

Proptérea non timébimus dum turbábitur terra : \*  
 et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum : \*  
 conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei : \*  
 sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : \*  
 adjuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, et inclináta sunt regna : \*  
 dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum : \*  
 suscéptor noster Deus Iacob.

Oui, Dieu, ton Dieu t'a consacré  
 d'une onction de joie, comme aucun de tes semblables ;  
 la myrrhe et l'aloès parfument ton vêtement.  
 Des palais d'ivoire, la musique t'enchanter.  
 Parmi tes bien-aimées sont des filles de roi ;  
 à ta droite, la préférée, sous les ors d'Ophir.  
 Écoute, ma fille, regarde et tends l'oreille ;  
 oublie ton peuple et la maison de ton père :  
 le roi sera séduit par ta beauté.  
 Il est ton Seigneur : prosterne-toi devant lui.  
 Alors, fille de Tyr, les plus riches du peuple,  
 chargés de présents, quèteront ton sourire.  
 Fille de roi, elle est là, dans sa gloire,  
 vêtue d'étoffes d'or ;  
 on la conduit, toute parée, vers le roi.  
 Des jeunes filles, ses compagnes, lui font cortège ;  
 on les conduit parmi les chants de fête :  
 elles entrent au palais du roi.  
 À la place de tes pères se lèveront tes fils ;  
 sur toute la terre tu feras d'eux des princes.  
 Je ferai vivre ton nom pour les âges des âges :  
 que les peuples te rendent grâce,  
 toujours, à jamais !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit,  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 45

Dieu est pour nous refuge et force,  
 secours dans la détresse, toujours offert.  
 Nous serons sans crainte si la terre est secouée,  
 si les montagnes s'effondrent au creux de la mer ;  
 ses flots peuvent mugir et s'enfler,  
 les montagnes, trembler dans la tempête :

Il est avec nous, le Seigneur de l'univers ;  
 citadelle pour nous, le Dieu de Jacob !  
 Le Fleuve, ses bras réjouissent la ville de Dieu,  
 la plus sainte des demeures du Très-Haut.  
 Dieu s'y tient : elle est inébranlable ;  
 quand renaît le matin, Dieu la secourt.  
 Des peuples mugissent, des règnes s'effondrent ;

Veníte, et vidéte ópera Dómini,  
 quæ pósuit prodígia super terram : \*  
 áuferens bella usque ad finem terræ.  
 Arcum cónteret, et confrínget arma : \*  
 et scuta combúret igni.  
 Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus : \*  
 exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.  
 Dóminus virtútum nobíscum : \*  
 suscéptor noster Deus Jacob.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 86

Fundaménta ejus in móntibus sanctis : \*  
 díligit Dóminus portas Sion  
 super ómnia tabernácula Jacob.  
 Gloriósa dicta sunt de te, \* cívitas Dei.  
 Memor ero Rahab, et Babylónis \* sciéntium me.  
 Ecce, alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Æthíopum, \*  
 hi fuérunt illic.  
 Numquid Sion dicet : Homo, et homo natus est in ea : \*  
 et ipse fundávit eam Altíssimus ?  
 Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et príncipum : \*  
 horum, qui fuérunt in ea.  
 Sicut lætántium ómnium \* habitátio est in te.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

## SABBATO

**Antiphona.** Gaude, María Virgo, \* cunctas hæreses sola interemisti in universo mundo.

## PSALMUS 95

Cantáte Dómino cánticum novum : \*  
 cantáte Dómino, omnis terra.  
 Cantáte Dómino, et benedicite nómini ejus : \*



quand sa voix retentit, la terre se défait.

Il est avec nous, le Seigneur de l'univers ;  
citadelle pour nous, le Dieu de Jacob !

Venez et voyez les actes du Seigneur,  
comme il couvre de ruines la terre.  
Il détruit la guerre jusqu'au bout du monde,  
il casse les arcs, brise les lances, incendie les chars :  
« Arrêtez ! Sachez que je suis Dieu.  
Je domine les nations, je domine la terre. »

Il est avec nous, le Seigneur de l'univers ;  
citadelle pour nous, le Dieu de Jacob !  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit,  
pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 86

Elle est fondée sur les montagnes saintes. +  
Le Seigneur aime les portes de Sion \*  
plus que toutes les demeures de Jacob.  
Pour ta gloire on parle de toi, ville de Dieu ! \*  
« Je cite l'Égypte et Babylone  
entre celles qui me connaissent. »  
Voyez Tyr, la Philistie, l'Éthiopie : chacune est née là-bas. \*  
Mais on appelle Sion : « Ma mère ! »  
car en elle, tout homme est né.  
C'est lui, le Très-Haut, qui la maintient. +  
Au registre des peuples, le Seigneur écrit :  
« Chacun est né là-bas. » \*  
Tous ensemble ils dansent, et ils chantent :  
« En toi, toutes nos sources ! »  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
pour les siècles des siècles. Amen.

Antienne.

## SAMEDI

Antienne. Réjouissez-vous, Vierge Marie, car par vous  
seule, toutes les hérésies de la terre sont détruites.

### PSAUME 95

Chantez au Seigneur un chant nouveau,  
chantez au Seigneur, terre entière,  
chantez au Seigneur et bénissez son nom !

annuntiáte de die in diem salutáre ejus.  
 Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, \*  
 in ómnibus pópulis mirabília ejus.  
 Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis nimis : \*  
 terríbilis est super omnes deos.  
 Quóniam omnes dii géntium dæmónia : \*  
 Dóminus autem cælos fecit.  
 Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu ejus : \*  
 sanctimónia et magnificéntia in sanctificatióne ejus.  
 Afférte Dómino, pátriæ géntium,  
 afférte Dómino glóriam et honórem : \*  
 afférte Dómino glóriam nómini ejus.  
 Tóllite hóstias, et introíte in átria ejus : \*  
 adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.  
 Commoveátur a fácie ejus unívérsa terra : \*  
 dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.  
 Étenim corréxit orbem terræ qui non commovébitur : \*  
 judicábit pópulos in æquitáte.  
 Læténtur cæli, et exsúltet terra :  
 commoveátur mare, et plenitúdo ejus : \*  
 gaudébunt campi, et ómnia quæ in eis sunt.  
 Tunc exsultábunt ómnia ligna silvárum  
 a fácie Dómini, quia venit : \*  
 quóniam venit judicáre terram.  
 Judicábit orbem terræ in æquitáte, \*  
 et pópulos in veritáte sua.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 96

Dóminus regnávit, exsúltet terra : \* læténtur ínsulæ multæ.  
 Nubes, et calígo in circúitu ejus : \*  
 justítia, et judícium corréctio sedis ejus.  
 Ignis ante ípsum præcédet, \*  
 et inflammábit in circúitu inimícos ejus.  
 Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : \*  
 vidit, et commóta est terra.  
 Montes, sicut cera fluxérunt a fácie Dómini : \*  
 a fácie Dómini omnis terra.  
 Annuntiavérunt cæli justítiam ejus : \*  
 et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.  
 Confundántur omnes, qui adorant sculptília : \*  
 et qui gloriántur in simulácris suis.  
 Adoráte eum, omnes Ángeli ejus : \*

De jour en jour, proclamez son salut,  
 racontez à tous les peuples sa gloire,  
 toutes les nations ses merveilles !  
 Il est grand, le Seigneur, hautement loué,  
 redoutable au-dessus de tous les dieux :  
 néant, tous les dieux des nations !  
 Lui, le Seigneur, a fait les cieux :  
 devant lui, splendeur et majesté,  
 dans son sanctuaire, puissance et beauté.  
 Rendez au Seigneur, familles des peuples  
 rendez au Seigneur la gloire et la puissance,  
 rendez au Seigneur la gloire de son nom.  
 Apportez votre offrande, entrez dans ses parvis,  
 adorez le Seigneur, éblouissant de sainteté :  
 tremblez devant lui, terre entière.  
 Allez dire aux nations : « Le Seigneur est roi ! »  
 Le monde, inébranlable, tient bon.  
 Il gouverne les peuples avec droiture.  
 Joie au ciel ! Exulte la terre !  
 Les masses de la mer mugissent,  
 la campagne tout entière est en fête.  
 Les arbres des forêts dansent de joie  
 devant la face du Seigneur, car il vient,  
 car il vient pour juger la terre.  
 Il jugera le monde avec justice, \*  
 et les peuples selon sa vérité !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 96

Le Seigneur est roi ! Exulte la terre ! \*  
 Joie pour les îles sans nombre !  
 Ténèbre et nuée l'entourent, \*  
 justice et droit sont l'appui de son trône.  
 Devant lui s'avance un feu \*  
 qui consume alentour ses ennemis.  
 Quand ses éclairs illuminèrent le monde, \*  
 la terre le vit et s'affola ;  
 Les montagnes fondaient comme cire devant le Seigneur, \*  
 devant le Maître de toute la terre.  
 Les cieux ont proclamé sa justice, \*  
 et tous les peuples ont vu sa gloire.  
 Honte aux serviteurs d'idoles qui se vantent de vanités ! \*  
 À genoux devant lui, tous les dieux !

audívit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt fíliæ Judæ, \* propter judícia tua, Dómine :

Quóniam tu Dóminus Altíssimus super omnem terram : \*

nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : \*

custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum,

de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, \* et rectis corde lætítia.

Lætámmini, justi, in Dómino : \*

et confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*

et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 97

Cantáte Dómino cánticum novum : \* quia mirabília fecit.

Salvávit sibi délixtera ejus : \* et bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum : \*

in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, \*

et veritátis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes términi terræ \* salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra : \*

cantáte, et exsultáte, et psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et voce psalmi : \*

in tubis ductílibus, et voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu regis Dómini : \*

moveátur mare, et plenitúdo ejus :

orbis terrárum, et qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu,

simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini : \*

quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, \*

et pópulos in æquitáte.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*

et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

Pour Sion qui entend, grande joie ! \*  
 Les villes de Juda exultent  
 devant tes jugements, Seigneur !  
 Tu es, Seigneur, le Très-Haut sur toute la terre : \*  
 tu domines de haut tous les dieux.  
 Hâissez le mal, vous qui aimez le Seigneur, +  
 car il garde la vie de ses fidèles \*  
 et les arrache aux mains des impies.  
 Une lumière est semée pour le juste, \*  
 et pour le cœur simple, une joie.  
 Que le Seigneur soit votre joie, hommes justes ; \*  
 rendez grâce en rappelant son nom très saint.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 97

Chantez au Seigneur un chant nouveau, \*  
 car il a fait des merveilles ;  
 Par son bras très saint, par sa main puissante, \*  
 il s'est assuré la victoire.  
 Le Seigneur a fait connaître sa victoire \*  
 et révélé sa justice aux nations ;  
 Il s'est rappelé sa fidélité, son amour, \*  
 en faveur de la maison d'Israël ;  
 La terre tout entière a vu \* la victoire de notre Dieu.  
 Acclamez le Seigneur, terre entière, \*  
 sonnez, chantez, jouez ;  
 Jouez pour le Seigneur sur la cithare, \*  
 sur la cithare et tous les instruments ;  
 Au son de la trompette et du cor, \*  
 acclamez votre roi, le Seigneur !  
 Que résonnent la mer et sa richesse, \*  
 le monde et tous ses habitants ;  
 Que les fleuves battent des mains, \*  
 que les montagnes chantent leur joie,  
 À la face du Seigneur, car il vient pour gouverner la terre, \*  
 pour gouverner le monde avec justice  
 et les peuples avec droiture !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

Antienne.

## LECTIONES EXTRA TEMPUS ADVENTUS

## LECTIO (CANTICUM CANTICORUM 3 : 6 ; 4 : 7, 12)

Quæ est ista quæ ascéndit per desértum sicut vírgula fumi ex aromátibus myrrhæ, et thuris, et univèrsi púlveris pigmentá-rii ?

Tota pulchra es, amíca mea, et mácula non est in te. Hortus conclúsus soror mea, sponsa, hortus conclúsus, fons signátus.

## RESPONSORIUM

**R.** Sancta et immaculáta virgíntas, quibus te láudibus éfferam nescio : \* Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti. (*T.P. Allelúia.*)

**V.** Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**R.** \* Quia quem cæli cápere non póterant, tuo grémio contulísti. (*T.P. Allelúia.*)

## LECTIO (ECCLESIASTICUS 24 : 22-25)

Ego quasi terebínthus exténderam ramos meos, et rami mei honóris et grátia.

Ego quasi vitis fructificávi suavitatém odóris : et flores mei fructus honóris et honestátis.

Ego mater pulchræ dilectiúnis, et timoris, et agnitiónis, et sanctæ spei.

In me grátia omnis viæ et veritátis : in me omnis spes vitæ et virtútis.

## RESPONSORIUM

**R.** Beáta es, Virgo María, quæ Dóminum portásti, Creatórem mundi : \* Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes virgo. (*T.P. Allelúia.*)

**V.** Ave María, grátia plena, Dóminus tecum.

**R.** \* Genuísti qui te fecit, et in ætérnum pérmanes virgo. (*T.P. Allelúia.*)

## LECTIO (ECCLESIASTICUS 24 : 26-28, 30-31)

Transíte ad me, omnes qui concupíscitis me, et a generatió- nibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatióne sæculórum.

## LECTURES HORS DU TEMPS DE L'AVEANT

## LECTURE (CANTIQUE DES CANTIQUES 3 : 6 ; 4 : 7, 12)

Qu'est-ce là qui monte du désert comme une colonne de fumée odorante d'encens et de myrrhe, de tous les aromates des marchands ?

Tu es toute belle, ô mon amie ! Nulle tache en toi !

Jardin fermé, ma sœur fiancée, fontaine close, source scellée.

## RÉPONS

**R.** Ô virginité sainte et immaculée, je ne sais comment te louer : \* Celui que les cieus ne sauraient contenir, tu l'as tenu enfermé dans ton sein ! (T.P. Alléluia.)

**V.** Vous êtes bénie entre les femmes, et le fruit de vos entrailles est béni.

**R.** \* Celui que les cieus ne sauraient contenir, tu l'as tenu enfermé dans ton sein ! (T.P. Alléluia.)

## LECTURE (BEN SIRAC 24 : 22-25)

Comme un térébinthe j'ai déployé mes rameaux, rameaux de grâce et de gloire. Comme une vigne, j'ai donné des sarments pleins de grâce et mes fleurs sont des fruits de gloire et de richesse.

Je suis la mère du bel amour, de la crainte de Dieu et de la connaissance et aussi de la sainte espérance. J'ai reçu toute grâce pour montrer le chemin et la vérité. En moi est toute espérance de vie et de force.

## RÉPONS

**R.** Bienheureuse êtes-vous, Vierge Marie, vous avez porté le Créateur de l'univers, \* Vous avez enfanté celui qui vous a créée, et vous demeurez vierge à jamais. (T.P. Alléluia.)

**V.** Je vous salue Marie, pleine de grâce, le Seigneur est avec vous.

**R.** \* Vous avez enfanté celui qui vous a créée, et vous demeurez vierge à jamais. (T.P. Alléluia.)

## LECTURE (BEN SIRAC 24 : 26-28, 30-31)

La Sagesse divine se glorifie :

« Venez à moi, vous qui me désirez, rassasiez-vous de mes fruits. Mon souvenir est plus doux que le miel, mon héritage, plus doux qu'un rayon de miel. Mon souvenir demeure dans la suite des âges.

Qui audit me non confundétur, et qui operántur in me non peccábunt : Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

### RESPONSORIUM

**R.** Felix namque es sacra Virgo María et omni laude dignissima : \* Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. (T.P. Allelúia.)

**V.** Ora pro populo, intervene pro clero, intercede pro devote femineo sexu : Sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

**R.** \* Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. (T.P. Allelúia.)

**V.** Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

**R.** \* Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. (T.P. Allelúia.)

## LECTIONES IN TEMPORE ADVENTUS

### LECTIO (LUCAM 1 : 26-28)

Missus est angelus Gábriel a Deo in civitatem Galilaéae, cui nomen Náza-reth,

Ad vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David : et nomen virginis María.

Et ingrèssus Angelus ad eam dixit : Ave grátia plena : Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus.

### RESPONSORIUM

**R.** Missus est Gábriel Angelus ad Mariám vírginem desponsátam Joseph, núntians ei verbum : et expavéscit Virgo de lúmine. Ne tímeas María : invenísti grátiam apud Deum : \* Ecce concípies et páries, et Fílius Altíssimi vocábitur.

**V.** Dabit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in ætérnum.

**R.** \* Ecce concípies et páries, et Fílius Altíssimi vocábitur.

### LECTIO (LUCAM 1 : 29-33)

Quæ cum audísset, turbáta est in sermóne ejus, et cogitábat qualis esset ista salutátio.

Et ait Angelus ei : Ne tímeas, María : invenísti enim grátiam apud Deum : Ecce concípies in útero, et páries fílium,



Celui qui m'obéit ne sera pas déçu. Ceux qui travaillent avec moi ne seront pas pécheurs. Ceux qui me mettent en lumière auront la vie éternelle. »

#### RÉPONS

**R.** Heureuse êtes-vous, Marie, Vierge sainte, et vraiment digne de toute louange, \* Car de vous s'est levé le Soleil de justice, le Christ notre Dieu. (T.P. Alléluia.)

**V.** Priez pour le peuple, intercédez pour les clercs et pour les religieuses : qu'ils éprouvent le réconfort de votre bienveillance, ceux qui vous célèbrent !

**R.** \* Car de vous s'est levé le Soleil de justice, le Christ notre Dieu. (T.P. Alléluia.)

**V.** Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.

**R.** \* Car de vous s'est levé le Soleil de justice, le Christ notre Dieu. (T.P. Alléluia.)

### LECTURES AU TEMPS DE L'AVENT

#### LECTURE (LUC 1 : 26-28)

L'ange Gabriel fut envoyé par Dieu dans une ville de Galilée, appelée Nazareth, à une jeune fille vierge, accordée en mariage à un homme de la maison de David, appelé Joseph ; et le nom de la jeune fille était Marie.

L'ange entra chez elle et dit : « Je te salue, Comblée-de-grâce, le Seigneur est avec toi. »

#### RÉPONS

**R.** L'ange Gabriel fut envoyé à Marie, la vierge accordée en mariage à Joseph, pour lui annoncer un message de Dieu ; et la vierge fut saisie d'effroi devant la lumière. Ne crains pas, Marie, tu as trouvé grâce auprès du Seigneur : \* Voici que tu vas concevoir et enfanter un Fils. On l'appellera le Fils du Très-Haut.

**V.** le Seigneur Dieu lui donnera le trône de David son père ; il régnera pour toujours sur la maison de Jacob.

**R.** \* Voici que tu vas concevoir et enfanter un Fils. On l'appellera le Fils du Très-Haut.

#### LECTURE (LUC 1 : 29-33)

À cette parole, elle fut toute bouleversée, et elle se demandait ce que pouvait signifier cette salutation.

L'ange lui dit alors : « Sois sans crainte, Marie, car tu as

et vocábis nomen ejus Jesum.

Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David patris ejus : et regnábit in domo Jacob in ætérnum, et regni eius non erit finis.

#### RESPONSORIUM

**R.** Ave María, gratia plena : Dóminus tecum : \* Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

**V.** Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó ? Et respóndens Angelus dixit ei.

**R.** \* Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

#### LECTIO (LUCAM 1 : 34-38)

Dixit autem María ad Angelum : Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó ?

Et respóndens Angelus dixit ei : Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei.

Et ecce Elísabeth cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua : et hic mensis sextus est illi, quae vocátur sterilis :

Quia non erit impossíbile apud Deum omne verbum.

Dixit autem María : Ecce ancílla Dómini : fiat mihi secúndum verbum tuum.

#### RESPONSORIUM

**R.** Súscipe verbum, Virgo María, quod tibi a Dómino per Angelum transmissum est : concípies et páries Deum páriter et hóminem : \* Ut benedícta dicáris inter omnes mulíeres.

**V.** Páries quidem fílium, et virginitátis non patiéris detriméntum : efficiéris grávida, et eris mater semper intácta.

**R.** \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulíeres.

**V.** Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

**R.** \* Ut benedicta dicaris inter omnes mulíeres.

trouvé grâce auprès de Dieu. Voici que tu vas concevoir et enfanter un fils ; tu lui donneras le nom de Jésus. Il sera grand, il sera appelé Fils du Très-Haut ; le Seigneur Dieu lui donnera le trône de David son père ; il régnera pour toujours sur la maison de Jacob, et son règne n'aura pas de fin. »

### RÉPONS

**R.** Je te salue, Marie comblée de grâce, le Seigneur est avec toi. \* L'Esprit Saint viendra sur toi, et la puissance du Très-Haut te prendra sous son ombre ; c'est pourquoi celui qui va naître sera saint, il sera appelé Fils de Dieu.

**V.** Comment cela va-t-il se faire puisque je ne connais pas d'homme ? Et l'ange lui répondit :

**V.** \* L'Esprit Saint viendra sur toi, et la puissance du Très-Haut te prendra sous son ombre ; c'est pourquoi celui qui va naître sera saint, il sera appelé Fils de Dieu.

### LECTURE (LUC 1 : 34-38)

Marie dit à l'ange : « Comment cela va-t-il se faire puisque je ne connais pas d'homme ? »

L'ange lui répondit : « L'Esprit Saint viendra sur toi, et la puissance du Très-Haut te prendra sous son ombre ; c'est pourquoi celui qui va naître sera saint, il sera appelé Fils de Dieu.

Or voici que, dans sa vieillesse, Élisabeth, ta parente, a conçu, elle aussi, un fils et en est à son sixième mois, alors qu'on l'appelait la femme stérile.

Car rien n'est impossible à Dieu. »

Marie dit alors : « Voici la servante du Seigneur ; que tout m'advienne selon ta parole. »

### RÉPONS

**R.** Accueillez en vous, Vierge Marie, la parole que l'ange vous transmet de la part du Seigneur : vous concevrez et enfanterez le Dieu fait homme ; \* On vous appellera bénie entre toutes les femmes.

**V.** Vous mettrez au monde un fils, en demeurant l'Épouse inépousée ; vous serez mère et vierge toute pure.

**R.** \* On vous appellera bénie entre toutes les femmes.

**V.** Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit.

**R.** \* On vous appellera bénie entre toutes les femmes.

## HYMNUS AMBROSIANUS

*In tempore Adventus et Quadragesimæ omittitur usque* Ora pro nobis..., *præter festa Beatæ Mariæ Virginis*

Te Deum laudamus : \* te Dóminum confitémur.  
 Te ætérnum Patrem \* omnis terra venerátur.  
 Tibi omnes Ángeli, \* tibi Cæli, et univérsæ Potestátes :  
 Tibi Chérubim et Séraphim \* incessábili voce proclámant :  
 Sanctus, Sanctus, Sanctus \* Dóminus Deus Sábaoth.  
 Pleni sunt cæli et terra \* majestátis glóriæ tuæ.  
 Te gloriósus \* Apostolórum chorus,  
 Te Prophetárum \* laudábilis númerus,  
 Te Mártyrum candidátus \* laudat exércitus.  
 Te per orbem terrárum \* sancta confitétur Ecclésia,  
 Patrem \* imménsæ majestátis ;  
 Venerándum tuum verum \* et únicum Fílium ;  
 Sanctum quoque \* Paráclitum Spíritum.  
 Tu Rex glóriæ, \* Christe.  
 Tu Patris \* sempitérnus es Fílius.  
 Tu, ad liberándum susceptúrus hóminem : \*  
     non horruísti Vírginis uterum.  
 Tu, devícto mortis acúleo, \*  
     aperuísti credéntibus regna cælórum.  
 Tu ad dexteram Dei sedes, \* in glória Patris.  
 Judex créderis \* esse ventúrus.  
 Te ergo quæsumus, tuis fámulis súbveni, \*  
     quos pretióso ságuine redemísti.  
 ÆtéRNA fac cum Sanctis tuis \* in glória numerári.  
 Salvum fac pópulum tuum, Dómine, \*  
     et bédedic hereditáti tuæ.  
 Et rege eos, \* et extólle illos usque in ætérnum.  
 Per síngulos dies \* benedícimus te.  
 Et laudámus nomen tuum in sæculum, \*  
     et in sæculum sæculi.  
 Dignáre, Dómine, die isto \* sine peccáto nos custodíre.  
 Miserére nostri, Dómine, \* miserére nostri.  
 Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, \*  
     quemádmódum sperávimus in te.  
 In te, Dómine, sperávi : \* non confúndar in ætérnum.

- V. Ora pro nobis, sancta Dei Génitrix.  
 R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.  
 V. Benedicámus Dómino.  
 R. Deo grátias.

## TE DEUM

*Pendant l'Avent et le Carême, on omet le Te Deum jusqu'à Priez pour nous..., sauf aux fêtes de la Bienheureuse Vierge Marie.*

À toi Dieu, notre louange ! Nous t'acclamons, tu es Seigneur !  
À toi Père éternel, l'hymne de l'univers.

Devant toi se prosternent les archanges,  
les anges et les esprits des cieux ;  
ils te rendent grâce ; ils adorent et ils chantent :

Saint, Saint, Saint, le Seigneur, Dieu de l'univers ;  
Le ciel et la terre sont remplis de ta gloire.

C'est toi que les Apôtres glorifient,  
Toi que proclament les prophètes,  
Toi dont témoignent les martyrs ;  
C'est toi que par le monde entier  
l'Église annonce et reconnaît.

Dieu, nous t'adorons : Père infiniment saint,  
Fils éternel et bien-aimé, Esprit de puissance et de paix.  
Christ, le Fils du Dieu vivant, le Seigneur de la gloire,  
Tu n'as pas craint de prendre chair dans le corps d'une vierge  
pour libérer l'humanité captive.

Par ta victoire sur la mort,  
Tu as ouvert à tout croyant les portes du Royaume ;  
Tu règues à la droite du Père ; tu viendras pour le jugement.

Montre-toi le défenseur et l'ami  
des hommes sauvés par ton sang :  
Prends-les avec tous les saints dans ta joie et dans ta lumière.  
Sauve ton peuple, bénis ton héritage,  
veille sur lui, porte-le toujours.

Chaque jour, nous te bénissons.  
Nous louons ton nom à jamais, et dans les siècles des siècles.  
Daigne, Seigneur, en ce jour, veiller sur nous et nous garder  
de tout péché. Aie pitié de nous, Seigneur, aie pitié de nous !

Que ton amour, Seigneur, soit sur nous,  
comme notre espoir est en toi !  
En toi, Seigneur, j'ai mon refuge ;  
garde-moi d'être humilié pour toujours.

- ℣. Priez pour nous, sainte Mère de Dieu,  
℞. Afin que nous soyons rendus dignes des promesses du Christ.  
℣. Bénissons le Seigneur.  
℞. Nous rendons grâce à Dieu.

## AD LAUDES

- V. Deus ✠ in adiutorium meum intende.  
 R. Dómine, ad adiuvándum me festína.  
 V. Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 R. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \* et in sæcula  
 sæculórum. Amen. Allelúia.  
*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

## HYMNUS

O gloriósa Dómina,  
 Excélsa super sídera,  
 Qui te creávit, parvulum  
 Lactásti sacro úbere.

Quod Heva tristis ábstulit,  
 Tu reddis almo gérmine :  
 Intrent ut astra flébiles,  
 Cæli fenéstra facta es.

Tu regis alti jánuā,  
 Et porta lucis fúlgida :  
 Vitam datam per Vírginem  
 Gentes redémtæ pláudite.

*Tempus Paschale additur :*  
 Quaésumus, auctor ómnium,  
 In hoc pascháli gáudio,  
 Ab omni mortis ímpetu,  
 Tuum defénde pópulum.

*In Octava Ascensionis additur :*  
 Tu esto nostrum gáudium,  
 Qui es futúrus præmium :  
 Sit nostra in te glória,  
 Per cuncta semper sæcula.

Glória tibi, Dómine,  
 Qui natus es de Vírgine,  
 Cum Patre, et Sancto Spírítui  
 In sempitérna sæcula.  
 Amen.

## LAUDES

℣. Dieu, ✠ viens à mon aide,

℟. Seigneur, à notre secours.

℣. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,

℟. Au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. (*Pendant le Carême on omet l'Alléluia.*)

### HYMNE

Ô Dame glorieuse  
Élevée au plus haut des cieux,  
Celui qui vous a créée avec sagesse  
Vous L'avez nourri de votre sein sanctifié.

Ce que la pauvre Ève nous enleva,  
Vous nous le rendez par votre sainte fécondité.  
Pour tous ceux qui pleurent  
Vous êtes devenue l'ouverture sur le ciel.

Vous êtes la porte du grand Roi  
La radieuse entrée de la lumière !  
Peuples rachetés, applaudissez  
À la vie donnée par la Vierge !

*Au temps pascal, on ajoute :*  
Nous te prions, ô Créateur,  
En ce temps de la joie pascale,  
Contre les assauts de la mort  
Daigne défendre ton peuple.

*Pendant l'octave de l'Ascension, on ajoute :*  
Puisses-tu être notre joie,  
Toi, la récompense à venir !  
Que notre gloire soit en toi,  
sans cesse, à travers tous les siècles.

Ô Jésus, gloire à toi  
Qui es né de la Vierge,  
Ainsi qu'au Père et à l'Esprit Saint  
Dans les siècles éternels.  
Amen.

**Antiphona.** Assúmpta est María in cælum ; gaudent Angeli, laudantes benedícunt Dominum. (*T.P.* Allelúia.)

**(Adv.) Antiphona.** Prophétæ prædicavérunt nasci Salvatórum de Virgine María.

**(Nat.) Antiphona.** O admirábile commércium. Créator géneris humáni, animátum corpus sumens, de Vírgine nasci dignátus est : et procédens homo sine sémine, largítus est nobis suam Deitátem.

### PSALMUS 62

Deus, Deus meus, \* ad te de luce vígilo.  
 Sitívit in te ánima mea, \* quam multipliciter tibi caro mea.  
 In terra desérta, et ínvia, et inaquósa : \*  
     sic in sancto appáruí tibi,  
     ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.  
 Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : \*  
     lábia mea laudábunt te.  
 Sic benedícam te in vita mea : \*  
     et in nómine tuo levábo manus meas.  
 Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : \*  
     et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.  
 Si memor fui tui super stratum meum,  
     in matutínis meditábor in te : \*  
     quia fuísti adiútor meus.  
 Et in velaménto alárum tuárum exsultábo,  
     adhæsit ánima mea post te : \*  
     me suscepit délixtera tua.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
     et in sæcula sæculórum. Amen.

### CANTICUM TRIUM PUERORUM

Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino : \*  
     laudáte et superexaltáte eum in sæcula.  
 Benedícite, Ángeli Dómini, Dómino : \*  
     benedícite, cæli, Dómino.  
 Benedícite, aquæ omnes, quæ super cælos sunt, Dómino : \*  
     benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.  
 Benedícite, sol et luna, Dómino : \*  
     benedícite, stellæ cæli, Dómino.  
 Benedícite, omnis imber et ros, Dómino : \*  
     benedícite, omnes spíritus Dei, Dómino.  
 Benedícite, ignis et æstus, Dómino : \*  
     benedícite, frigus et æstus, Dómino.  
 Benedícite, rores et pruína, Dómino : \*  
     benedícite, gelu et frigus, Dómino.



**Antienne.** La Vierge Marie est élevée au ciel ; tous les anges bénissent le Seigneur. (T.P. Alléluia.)

**(Avent) Antienne.** Les Prophètes l'ont dit : le Sauveur naîtra de la Vierge Marie.

**(Noël) Antienne.** Ô admirable échange ! Le créateur du genre humain, prenant un corps d'homme, a accepté de naître d'une vierge. Et le voici, homme sans père ici-bas, qui nous dispense sa divinité.

### PSAUME 62

Dieu, tu es mon Dieu, je te cherche dès l'aube : \*  
mon âme a soif de toi ;  
Après toi languit ma chair, \* terre aride, altérée, sans eau.  
Je t'ai contemplé au sanctuaire, \* j'ai vu ta force et ta gloire.  
Ton amour vaut mieux que la vie : \*  
tu seras la louange de mes lèvres !  
Toute ma vie je vais te bénir, \*  
lever les mains en invoquant ton nom.  
Comme par un festin je serai rassasié ; \*  
la joie sur les lèvres, je dirai ta louange.  
Dans la nuit, je me souviens de toi \*  
et je reste des heures à te parler.  
Oui, tu es venu à mon secours : \*  
je crie de joie à l'ombre de tes ailes.  
Mon âme s'attache à toi, \* ta main droite me soutient.  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
pour les siècles des siècles. Amen.

### CANTIQUE DES TROIS ENFANTS

Toutes les œuvres du Seigneur, bénissez le Seigneur : \*  
À lui, haute gloire, louange éternelle !  
Vous, les anges du Seigneur, bénissez le Seigneur : \*  
À lui, haute gloire, louange éternelle !  
Vous, les cieux, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, les eaux par-dessus le ciel, \* bénissez le Seigneur,  
Et toutes les puissances du Seigneur, \* bénissez le Seigneur !  
Et vous, le soleil et la lune, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, les astres du ciel, \* bénissez le Seigneur,  
Vous toutes, pluies et rosées, \* bénissez le Seigneur !  
Vous tous, souffles et vents, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, le feu et la chaleur, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, la fraîcheur et le froid, \* bénissez le Seigneur !  
Et vous, le givre et la rosée, \* bénissez le Seigneur,

Benedícite, glácies et nives, Dómino : \*  
     benedícite, noctes et dies, Dómino.  
 Benedícite, lux et ténebræ, Dómino : \*  
     benedícite, fúlgura et nubes, Dómino.  
 Benedícat terra Dóminum : \*  
     laudet et superexáltet eum in sæcula.  
 Benedícite, montes et colles, Dómino : \*  
     benedícite, univérsa germinántia in terra, Dómino.  
 Benedícite, fontes, Dómino : \*  
     benedícite, mária et flúmina, Dómino.  
 Benedícite, cete,  
     et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino : \*  
     benedícite, omnes vólucres cæli, Dómino.  
 Benedícite, omnes béstiæ et pécora, Dómino : \*  
     benedícite, filii hóminum, Dómino.  
 Benedícat Israël Dóminum : \*  
     laudet et superexáltet eum in sæcula.  
 Benedícite, sacerdotés Dómini, Dómino : \*  
     benedícite, servi Dómini, Dómino.  
 Benedícite, spíritus, et ánimæ justórum, Dómino : \*  
     benedícite, sancti, et húmiles corde, Dómino.  
 Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino : \*  
     laudáte et superexaltáte eum in sæcula.  
 Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu : \*  
     laudémus et superexaltémus eum in sæcula.  
 Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cæli : \*  
     et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

## PSALMUS 148

Laudáte Dóminum de cælis : \* laudáte eum in excélsis.  
 Laudáte eum, omnes Ángeli ejus : \*  
     laudáte eum, omnes virtútes ejus.  
 Laudáte eum, sol et luna : \*  
     laudáte eum, omnes stellæ et lumen.  
 Laudáte eum, cæli cælórum : \*  
     et aquæ omnes, quæ super cælos sunt,  
     laudent nomen Dómini.

Et vous, le gel et le froid, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, la glace et la neige, \* bénissez le Seigneur !

Et vous, les nuits et les jours, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, la lumière et les ténèbres, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, les éclairs, les nuées, \* bénissez le Seigneur :  
À lui, haute gloire, louange éternelle !

Que la terre bénisse le Seigneur : \*  
À lui, haute gloire, louange éternelle !

Et vous, montagnes et collines, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, les plantes de la terre, \* bénissez le Seigneur,  
Et vous, sources et fontaines, \* bénissez le Seigneur !

Et vous, océans et rivières, \* bénissez le Seigneur,  
Baleines et bêtes de la mer, \* bénissez le Seigneur,  
Vous tous, les oiseaux dans le ciel, \* bénissez le Seigneur,  
Vous tous, fauves et troupeaux, \* bénissez le Seigneur :  
À lui, haute gloire, louange éternelle !

Et vous, les enfants des hommes, \* bénissez le Seigneur :  
À lui, haute gloire, louange éternelle !

Toi, Israël, \* bénis le Seigneur,  
Et vous, les prêtres, \* bénissez le Seigneur,  
Vous, ses serviteurs, \* bénissez le Seigneur !

Les esprits et les âmes des justes, \* bénissez le Seigneur,  
Les saints et les humbles de cœur, \* bénissez le Seigneur,  
Ananias, Azarias et Misaël, \* bénissez le Seigneur :  
À lui, haute gloire, louange éternelle !

Bénédissons le Père, le Fils et l'Esprit Saint :  
À lui, haute gloire, louange éternelle !  
Béni sois-tu, Seigneur, au firmament du ciel :  
À toi, haute gloire, louange éternelle !

### PSAUME 148

Louez le Seigneur du haut des cieux, \*  
louez-le dans les hauteurs.  
Vous, tous ses anges, louez-le, \* louez-le, tous les univers.  
Louez-le, soleil et lune, \* louez-le, tous les astres de lumière ;  
Vous, cieux des cieux, louez-le, \*  
et les eaux des hauteurs des cieux.  
Qu'ils louent le nom du Seigneur : \*  
sur son ordre ils furent créés ;

Quia ipse dixit, et facta sunt : \*

ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in aetérnum, et in saeculum saeculi : \*

praecéptum pósuit, et non praeteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, \* dracónes, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum : \*

quae faciunt verbum ejus :

Montes, et omnes colles : \* ligna fructífera, et omnes cedri.

Béstia, et univérsa pécora : \*

serpéntes, et vólucres pennátæ :

Reges terræ, et omnes pópuli : \*

príncipes, et omnes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines : senes cum Junióribus

laudent nomen Dómini : \*

quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super caelum et terram : \*

et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus : \*

filiis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*

et in saecula saeculórum. Amen.

### Antiphona.

#### LECTIO BREVIS (CANTICUM CANTICORUM 6 : 8-9)

Vidérunt eam filiae Sion, et beatíssimam praedicavérunt ; et reginæ laudavérunt eam.

Quæ est ista quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terribilis ut castrórum ácies ordináta ?

#### LECTIO BREVIS IN TEMPORE ADVENTUS (ISAIAS 45 : 8)

Rorate cæli, désuper, et nubes pluant Justum ; aperiátur terra, et gérmínet Salvatórem, et justítia oriátur simul. Ego Dóminus creávi eum.

#### RESPONSORIUM

**R.** Sancta María, Mater Christi, \* audi rogántes sérvulos.  
(*T.P.* Allelúia.)

**V.** Et impetrátam nobis cælitus tu defer indulgéntiam.

**R.** \* Audi rogántes sérvulos. (*T.P.* Allelúia.)

**V.** Glória Patri, et Fílio, \* et Spíritui Sancto.

**R.** Sancta María, Mater Christi, \* audi rogántes sérvulos.  
(*T.P.* Allelúia.)

C'est lui qui les posa pour toujours \*  
 sous une loi qui ne passera pas.  
 Louez le Seigneur depuis la terre, \*  
 monstres marins, tous les abîmes ;  
 Feu et grêle, neige et brouillard, \*  
 vent d'ouragan qui accomplit sa parole ;  
 Les montagnes et toutes les collines, \*  
 les arbres des vergers, tous les cèdres ;  
 Les bêtes sauvages et tous les troupeaux, \*  
 le reptile et l'oiseau qui vole ;  
 Les rois de la terre et tous les peuples, \*  
 les princes et tous les juges de la terre ;  
 Tous les jeunes gens et jeunes filles, \*  
 les vieillards comme les enfants.  
 Qu'ils louent le nom du Seigneur, \*  
 le seul au-dessus de tout nom ;  
 Sur le ciel et sur la terre, sa splendeur : \*  
 il accroît la vigueur de son peuple.  
 Louange de tous ses fidèles, \*  
 des fils d'Israël, le peuple de ses proches !  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### Antienne.

#### LECTURE BRÈVE (CANTIQUE DES CANTIQUES 6 : 8-9)

Les jeunes filles de Sion l'ont vue, l'ont dite bienheureuse ;  
 reines et compagnes ont chanté ses louanges :  
 « Qui donc est celle qui surgit, semblable à l'aurore, belle  
 autant que la lune, brillante comme le soleil, terrible comme  
 des bataillons ? »

#### LECTURE BRÈVE PENDANT L'AVENT (ISAÏE 45 : 8)

Cieux, distillez d'en haut votre rosée, que, des nuages, pleuve  
 la justice, que la terre s'ouvre, produise le salut, et qu'alors  
 germe aussi la justice. Moi, le Seigneur, je crée tout cela.

#### RÉPONS

- R.** Sainte Marie, Mère du Christ, \* écoutez les prières de  
 vos serviteurs. (T.P. Alléluia.)  
**V.** Et obtenez pour nous la miséricorde du ciel.  
**R.** \* Écoutez les prières de vos serviteurs. (T.P. Alléluia.)  
**V.** Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.  
**R.** Sainte Marie, Mère du Christ, \* écoutez les prières de  
 vos serviteurs. (T.P. Alléluia.)

**Antiphona.** O gloriósa Dei Génitrix, Virgo semper Maria, quæ Dóminum ómnium meruísti portáre, et Regem Angelórum sola Virgo lactáre : nostri, quaésumus, pia memoráre et pro nobis semper Christum deprecáre ; ut tuis fulti patrocíniis, ad cælestia regna mereámur perveníre. (*T.P.* Allelúia.)

(*Adv.*) **Antiphona.** Spíritus Sanctus in te descéndet María : ne tíneas, habébis in útero Fílium Dei, Allelúia.

(*Nat.*) **Antiphona.** Virgo verbo concépit, Virgo, permánsit, Virgo péperit Regem ómnium regum.

### CANTICUM ZACHARLÆ

Benedíctus ✠ Dóminus, Deus Israël : \*  
quia visitávit, et fecit redemptiónem plebis suæ :

Et eréxit cornu salutis nobis : \*  
in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, \*  
qui a sæculo sunt, prophetárum ejus :

Salútem ex inimícis nostris, \*  
et de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : \*  
et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Ábraham patrem nostrum, \*  
datúrum se nobis :

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, \*  
serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia coram ipso, \*  
ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : \*  
præibis enim ante fáciem Dómini, paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus : \*  
in remissiónem peccatórum eórum :

Per víscera misericórdiæ Dei nostri : \*  
in quibus visitávit nos, óriens ex alto :

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent : \*  
ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

**Antienne.** Ô glorieuse Marie Mère de Dieu, toujours vierge, qui seule avez mérité de porter dans votre sein le Seigneur de l'univers, et d'allaiter le Roi des anges, nous vous prions de vous souvenir de nous et de prier toujours le Christ pour nous ; afin que par votre patronage, nous puissions entrer dans le royaume céleste. *(T.P. Alléluia.)*

**(Avent) Antienne.** Ne crains pas, Marie, l'Esprit Saint descendra sur toi. Tu vas concevoir et enfanter le Fils du Très-Haut, Alléluia !

**(Noël) Antienne.** La Vierge a conçu par la parole, elle est restée vierge, La vierge engendra le roi des rois.

### CANTIQUE DE ZACHARIE

Béni soit le Seigneur, ✠ le Dieu d'Israël, \*  
 qui visite et rachète son peuple.  
 Il a fait surgir la force qui nous sauve \*  
 dans la maison de David, son serviteur,  
 Comme il l'avait dit par la bouche des saints, \*  
 par ses prophètes, depuis les temps anciens :  
 Salut qui nous arrache à l'ennemi, \*  
 à la main de tous nos oppresseurs,  
 Amour qu'il montre envers nos pères, \*  
 mémoire de son alliance sainte,  
 Serment juré à notre père Abraham \*  
 de nous rendre sans crainte,  
 Afin que, délivrés de la main des ennemis, +  
 nous le servions dans la justice et la sainteté, \*  
 en sa présence, tout au long de nos jours.  
 Et toi, petit enfant,  
 tu seras appelé prophète du Très-Haut : \*  
 tu marcheras devant, à la face du Seigneur,  
 et tu prépareras ses chemins.  
 Pour donner à son peuple de connaître le salut \*  
 par la rémission de ses péchés,  
 Grâce à la tendresse, à l'amour de notre Dieu, \*  
 quand nous visite l'astre d'en haut,  
 Pour illuminer ceux qui habitent les ténèbres  
 et l'ombre de la mort, \*  
 pour conduire nos pas au chemin de la paix.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

## PATER

Pater noster, qui es in cælis,  
 sanctificétur nomen tuum :  
 advéniat regnum tuum :  
 fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.  
 Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie :  
 et dimítte nobis débíta nostra,  
 sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris,  
 et ne nos indúcas in tentatiónem,  
 sed líbera nos a malo.

## ORATIO

Concéde, miséricors Deus, fragilitáti nostræ præsidium : ut, qui sanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus; intercessiós ejus auxilió, a nostris iniquitátibus resurgámus. Per éundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Adv.)* Deus, qui de beátæ Mariæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genetrícem Dei crédimus : ejus apud te intercessiósibus adiuvémur. Per éundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Nat.)* Deus, qui salútis æternæ, beátæ Mariæ virginitáte foecúnda, humáno géneri præmia præstitísti : tríbue quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spirítus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.



## NOTRE PÈRE

Notre Père, qui es aux cieux,  
 que ton nom soit sanctifié,  
 que ton règne vienne,  
 que ta volonté soit faite sur la terre comme au ciel.  
 Donne-nous aujourd'hui notre pain de ce jour.  
 Pardonne-nous nos offenses,  
 comme nous pardonnons aussi à ceux qui nous ont offensés.  
 Et ne nous laisse pas entrer en tentation  
 mais délivre-nous du Mal.

## ORAIISON

Dieu de miséricorde, porte secours à notre faiblesse; fais qu'en évoquant la mémoire de la sainte Mère de Dieu, nous puissions compter sur l'efficacité de son intercession pour nous relever de nos péchés. Par Jésus, le Christ, notre Seigneur.

*(Avent)* Seigneur, tu as voulu que ton Verbe prît chair dans le sein de la Vierge Marie par l'annonce de l'ange; par son intercession, fais que nous la croyions toujours vraiment Mère de Dieu; nous te le demandons par Jésus Christ ton Fils unique notre Seigneur qui vit et règne avec toi dans l'unité du Saint-Esprit maintenant et pour les siècles des siècles.

*(Noël)* Dieu tout-puissant, par la maternité virginale de la bienheureuse Marie, tu as offert au genre humain les trésors du salut éternel; accorde-nous de sentir qu'intervient en notre faveur celle qui nous permet d'accueillir l'auteur de la vie, Jésus Christ, ton Fils, notre Seigneur. Lui qui règne avec toi et le Saint-Esprit, maintenant et pour les siècles des siècles.

℟. Amen.

℣. Bénissons le Seigneur.

℟. Nous rendons grâce à Dieu.

## AD HORAM MEDIAM

℣. Deus ✠ in adiutorium meum intende.

℞. Dómine, ad adiuvándum me festína.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℞. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

## HYMNUS

Mémento, salútis Auctor,  
Quod nostri quondam corporís  
Ex illibáta Vírgine  
Nascéndo formam sumpseris.

María Mater grátiaë,  
Mater misericórdiaë,  
Tu nos ab hoste prótege,  
Et mortis hora súscipe.

*Tempus Paschale additur :*  
Quaésumus, auctor ómnium,  
In hoc pascháli gáudio,  
Ab omni mortis ímpetu,  
Tuum defénde pópulum.

*In Octava Ascensionis additur :*  
Tu esto nostrum gáudium,  
Qui es futúrus præmium :  
Sit nostra in te glória,  
Per cuncta semper sæcula.

Glória tibi, Dómine,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, et almo Spíritu,  
In sempitérna sæcula.  
Amen.

## OFFICE DU MILIEU DU JOUR

- Ψ. Dieu, ✠ viens à mon aide,  
 R̄. Seigneur, à notre secours.  
 Ψ. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,  
 R̄. Au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. (*Pendant le Carême on omet l'Alléluia.*)

## HYMNE

Auteur du salut, souviens-toi :  
 Naguère tu as pris la forme  
 De notre corps, en ta naissance  
 D'une femme au sein virginal.

Ô Marie, Mère de la Grâce,  
 Douce mère de la miséricorde  
 Préserve-nous de l'Ennemi  
 Et accueille-nous à l'heure de la mort.

*Au temps pascal, on ajoute :*  
 Nous te prions, ô Créateur,  
 En ce temps de la joie pascale,  
 Contre les assauts de la mort  
 Daigne défendre ton peuple.

*Pendant l'octave de l'Ascension, on ajoute :*  
 Puisses-tu être notre joie,  
 Toi, la récompense à venir !  
 Que notre gloire soit en toi,  
 sans cesse, à travers tous les siècles.

Ô Jésus, gloire à toi  
 Qui es né de la Vierge,  
 Ainsi qu'au Père et à l'Esprit Saint  
 Dans les siècles éternels.  
 Amen.

**Antiphona.** In odórem unguentórum tuórum cúrrimus :  
adolescéntulæ dilexérunt te nimis. (T.P. Allelúia.)

(Adv.) **Antiphona.** Angelus Dómini nuntiávit Maríæ et concépit de Spíritu Sancto.

(Nat.) **Antiphona.** Rubum, quem víderat Móyses incombústum, conservátam agnóvimus tuam laudábilem virginitátem : Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

### PSALMUS 117

Confitémini Dómino quóniam bonus : \*  
quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël quóniam bonus : \*  
quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron : \*  
quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum : \*  
quóniam in sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum : \*  
et exaudivit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adiútor : \* non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adiútor : \* et ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, \*  
quam confídere in hómine :

Bonum est speráre in Dómino, \* quam speráre in princípibus.

Omnes gentes circuíerunt me : \*  
et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me : \*  
et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sicut apes,  
et exarsérunt sicut ignis in spinis : \*  
et in nómine Dómini quia ultus sum in eos.

Impúlsus evérsus sum ut cáderem : \*  
et Dóminus suscepit me.

Fortitúdo mea, et laus mea Dóminus : \*  
et factus est mihi in salútem.

**Antienne.** Délice, l'odeur de tes parfums ; ton nom, un parfum qui s'épanche : ainsi t'aiment les jeunes filles ! (*T.P.* Alléluia.)

**(Avent) Antienne.** L'ange du Seigneur porta l'annonce à Marie, et elle conçut du Saint-Esprit.

**(Noël) Antienne.** Dans le buisson qui brûlait sans laisser de cendres, Moïse déjà vous contemplait, Vierge toute pure : Sainte Mère de Dieu, intercédez pour nous !

### PSAUME 117

Rendez grâce au Seigneur : Il est bon ! \*

Éternel est son amour !

Oui, que le dise Israël : \* Éternel est son amour !

Que le dise la maison d'Aaron : \* Éternel est son amour !

Qu'ils le disent, ceux qui craignent le Seigneur : \*

Éternel est son amour !

Dans mon angoisse j'ai crié vers le Seigneur, \*  
et lui m'a exaucé, mis au large.

Le Seigneur est pour moi, je ne crains pas ; \*  
que pourrait un homme contre moi ?

Le Seigneur est avec moi pour me défendre, \*  
et moi, je braverai mes ennemis.

Mieux vaut s'appuyer sur le Seigneur  
que de compter sur les hommes ; \*  
mieux vaut s'appuyer sur le Seigneur  
que de compter sur les puissants !

Toutes les nations m'ont encerclé : \*  
au nom du Seigneur, je les détruis !

Elles m'ont cerné, encerclé : \*  
au nom du Seigneur, je les détruis !

Elles m'ont cerné comme des guêpes : +  
(— ce n'était qu'un feu de ronces —) \*  
au nom du Seigneur, je les détruis !

On m'a poussé, bousculé pour m'abattre ; \*  
mais le Seigneur m'a défendu.

Ma force et mon chant, c'est le Seigneur ; \*  
il est pour moi le salut.

Vox exsultatiónis, et salutis \* in tabernáculis justórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem :  
 déxtera Dómini exaltávit me, \*  
 déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : \* et narrábo ópera Dómini.

Castígans castigávit me Dóminus : \*  
 et morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas justítiae,  
 ingrèssus in eas confitébor Dómino : \*  
 hæc porta Dómini, justi intrábunt in eam.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me : \*  
 et factus es mihi in salútem.

Lápidem, quem reprobavérunt ædificántes : \*  
 hic factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est istud : \* et est mirábile in óculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dóminus : \*  
 exsultémus, et lætémur in ea.

O Dómine, salvum me fac, o Dómine, bene prosperáre : \*  
 benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini : \*  
 Deus Dóminus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solémnem in condénsis, \*  
 usque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et confitébor tibi : \*  
 Deus meus es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam exaudísti me \*  
 et factus es mihi in salútem.

Confitémini Dómino quóniam bonus : \*  
 quóniam in sæculum misericórdia ejus.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

Clameurs de joie et de victoire \* sous les tentes des justes :  
 « Le bras du Seigneur est fort, le bras du Seigneur se lève, \*  
 le bras du Seigneur est fort ! »

Non, je ne mourrai pas, je vivrai \*  
 pour annoncer les actions du Seigneur :

Il m'a frappé, le Seigneur, il m'a frappé, \*  
 mais sans me livrer à la mort.

Ouvrez-moi les portes de justice : \*  
 j'entrerai, je rendrai grâce au Seigneur.

« C'est ici la porte du Seigneur : \* qu'ils entrent, les justes ! »

Je te rends grâce car tu m'as exaucé : \*  
 tu es pour moi le salut.

La pierre qu'ont rejetée les bâtisseurs \*  
 est devenue la pierre d'angle :

C'est là l'œuvre du Seigneur, \* la merveille devant nos yeux.

Voici le jour que fit le Seigneur, \*  
 qu'il soit pour nous jour de fête et de joie !

Donne, Seigneur, donne le salut ! \*  
 Donne, Seigneur, donne la victoire !

Béni soit au nom du Seigneur celui qui vient ! \*  
 De la maison du Seigneur, nous vous bénissons !

Dieu, le Seigneur, nous illumine. \*  
 Rameaux en main, formez vos cortèges  
 jusqu'auprès de l'autel.

Tu es mon Dieu, je te rends grâce, \* mon Dieu, je t'exalte !

Rendez grâce au Seigneur : Il est bon ! \*  
 Éternel est son amour !

Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

Antienne.

## LECTIO BREVIS (ECCLESIASTICUS 24 : 14-16)

Ab inítkio et ante saecula creáta sum, et usque ad futúrum saeculum non désinam, et in habitatióne sancta coram ipso ministrávi.

Et sic in Sion firmáta sum, et in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, et in Jerúsalem potéstas mea.

Et radicávi in pópulo honorificáto, et in parte Dei mei heréditas illúus, et in plenitúdine sanctórum deténtio mea.

## LECTIO BREVIS IN TEMPORE ADVENTUS (ISAIAS 11 : 1-2)

Egrediétur virga de radíce Jesse, et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiescet super eum Spíritus Dómini.

## RESPONSORIUM

℞. Post partum, Virgo, \* invioláta permansísti.

(T.P. Allelúia.)

℣. Dei Génitrix, intercéde pro nobis.

℞. \* Invioláta permansísti. (T.P. Allelúia.)

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spíritui Sancto.

℞. Post partum, Virgo, \* invioláta permansísti.

(T.P. Allelúia.)

## ORATIO

*Ante horam mediam :*

Deus, qui virginálem aulam beátæ Maríæ Virginis, in qua habitátes, elígere dignátus es : da, quæsumus ; ut sua nos defénsiône munítos, jucúndos suæ fácias interésse commemoratióni : Qui vivis et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

*Post horam mediam :*

Famulórum tuórum, quæsumus, Dómine, delíctis ignósce : ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

℞. Amen.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.



## LECTURE BRÈVE (BEN SIRAC 24 : 14-16)

Dès le commencement, avant les siècles, il m'a créée, et pour les siècles je subsisterai ; dans la demeure sainte, j'ai assuré mon service en sa présence. Ainsi, je me suis fixée dans Sion, il m'a fait demeurer dans la cité bien-aimée, et dans Jérusalem j'exerce ma puissance. Je me suis enracinée dans un peuple glorieux, dans le domaine du Seigneur, dans son héritage : j'habite au milieu de l'assemblée des saints.

## LECTURE BRÈVE PENDANT L'AVEUT (ISAÏE 11 : 1-2)

Un rameau sortira de la souche de Jessé, père de David, un rejeton jaillira de ses racines. Sur lui reposera l'esprit du Seigneur.

## RÉPONS

- ℟. Après avoir enfanté, vous êtes demeurée vierge.  
(T.P. Alléluia.)  
 ℣. Mère de Dieu, intercédez pour nous.  
 ℟. \* Vous êtes demeurée vierge. (T.P. Alléluia.)  
 ℣. Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.  
 ℟. Après avoir enfanté, vous êtes demeurée vierge.  
(T.P. Alléluia.)

## ORAISON

*Avant midi :*

Collecte de la messe votive n°7 à la Vierge Marie au temps ordinaire

*Après midi :*

- ℟. Amen.  
 ℣. Bénissons le Seigneur.  
 ℟. Nous rendons grâce à Dieu.

## AD VESPERAS

℣. Deus ✠ in adiutorium meum intende.

℞. Dómine, ad adiuvándum me festína.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℞. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

## HYMNUS

Ave maris stella,  
 Dei Mater alma,  
 Atque semper Virgo,  
 Felix cæli porta.

Sumens illud Ave  
 Gabriélis ore,  
 Funda nos in pace,  
 Mutans Hevæ nomen.

Solve vincla reis,  
 Profer lumen cæcis,  
 Mala nostra pelle,  
 Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
 Sumat per te preces,  
 Qui pro nobis natus,  
 Tulit esse tuus.

Sit laus Deo Patri,  
 Summo Christo decus,  
 Spirítui Sancto,  
 Tribus honor unus.  
 Amen.

## VÊPRES

- V. Dieu, ✠ viens à mon aide,  
 R. Seigneur, à notre secours.  
 V. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,  
 R. Au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. *(Pendant le Carême on omet l'Alléluia.)*

## HYMNE

Salut, Étoile de la mer,  
 Ô très sainte Mère de Dieu,  
 Toi qui es Vierge à tout jamais,  
 Ô Porte du ciel bienheureuse.

Toi qui accueilles cet Ave  
 De la bouche de Gabriel,  
 Affermis nos cœurs dans la paix :  
 Tu as inversé le nom d'Ève.

Des coupables, brise les liens,  
 Donne aux aveugles la clarté,  
 Éloigne de nous tous les maux,  
 Demande pour nous toutes grâces.

Tu es Mère, montre-le nous !  
 Que Celui qui pour nous est né  
 En acceptant d'être ton Fils  
 Accueille par toi nos prières.

Louange au Père, notre Dieu,  
 Gloire à Jésus Christ, le Très-Haut,  
 Rendons honneur à l'Esprit Saint,  
 Un seul hommage aux trois Personnes !  
 Amen.

**Antiphona.** Beáta Mater et intácta Virgo, gloriósa Regína mundi intercéde pro nobis ad Dóminum. (T.P. Allelúia.)

(Adv.) **Antiphona.** María autem conservábat omnia verba hæc, cónferens in corde suo.

(Nat.) **Antiphona.** Ecce María génuít nobis salvatórem quem Joánnēs videns exclamávit, dicens : « Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. » Allelúia.

### PSALMUS 109

Dixit Dóminus Dómino meo : \* Sede a dextris meis :  
Donec ponam inimícos tuos, \* scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion : \*  
domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ  
in splendóribus sanctórum : \*  
ex útero ante lucíferum génuí te.

Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum : \*  
Tu es sacérdos in ætérnum  
secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, \* confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natió nibus, implébit ruínas : \*  
conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén te in via bibet : \* proptérea exaltábit caput.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

### PSALMUS 112

Laudáte, púeri, Dóminum : \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, \*  
ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes gentes Dóminus, \*  
et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus, Deus noster, qui in altis hábitat, \*  
et humília réspicit in cælo et in terra ?

Súscitans a terra ínopem, \* et de stércore érigens páuperem :

Ut cóllocet eum cum princípibus, \*  
cum princípibus pópuli sui.

Qui habitáre facit stérilem in domo, \*  
matrem filiórum lætántem.

**Antienne.** Bienheureuse Mère et Vierge sans tache, glorieuse Reine du monde, intercédez pour nous auprès de Dieu.  
(T.P. Alléluia.)

**(Avent) Antienne.** Marie, cependant, retenait tous ces événements et les méditait dans son cœur.

**(Noël) Antienne.** Marie a mis au monde le Sauveur ; Jean le reconnaît et s'écrie : Voici l'Agneau de Dieu qui enlève le péché du monde. Alléluia !

### PSAUME 109

Oracle du Seigneur à mon seigneur : « Siège à ma droite, \*  
et je ferai de tes ennemis le marchepied de ton trône. »  
De Sion, le Seigneur te présente le sceptre de ta force : \*  
« Domine jusqu'au cœur de l'ennemi. »  
Le jour où paraît ta puissance, \*  
tu es prince, éblouissant de sainteté :  
« Comme la rosée qui naît de l'aurore, \* je t'ai engendré. »  
Le Seigneur l'a juré dans un serment irrévocable : \*  
« Tu es prêtre à jamais  
selon l'ordre du roi Melkisédék. »  
À ta droite se tient le Seigneur : \*  
il brise les rois au jour de sa colère.  
Au torrent il s'abreuve en chemin, \*  
c'est pourquoi il redresse la tête.  
Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 112

Louez, serviteurs du Seigneur, \* louez le nom du Seigneur !  
Béni soit le nom du Seigneur, \*  
maintenant et pour les siècles des siècles !  
Du levant au couchant du soleil, \*  
loué soit le nom du Seigneur !  
Le Seigneur domine tous les peuples, \*  
sa gloire domine les cieux.  
Qui est semblable au Seigneur notre Dieu ? \*  
Lui, il siège là-haut.  
Mais il abaisse son regard \*  
vers le ciel et vers la terre.  
De la poussière il relève le faible, \*  
il retire le pauvre de la cendre  
Pour qu'il siège parmi les princes, \*  
parmi les princes de son peuple.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 147

Lauda, Jerúsalem, Dóminum : \*  
lauda Deum tuum, Sion.  
Quóniam confortávit seras portárum tuárum : \*  
benedíxit fíliis tuis in te.  
Qui pósuit fines tuos pacem : \*  
et ádipe fruménti sátiat te.  
Qui emíttit elóquium suum terræ : \*  
velóciter currit sermo ejus.  
Qui dat nivem sicut lanam : \*  
nébulam sicut cínerem spargit.  
Mittit crystállum suam sicut buccéllas : \*  
ante fáciem frígoris ejus quis sustinébit ?  
Emíttet verbum suum, et liquefáciat ea : \*  
flabit spíritus ejus, et fluent aquæ.  
Qui annúnciat verbum suum Jacob : \*  
justítias, et judícia sua Israël.  
Non fecit táliter omni natióni : \*  
et judícia sua non manifestávit eis.  
Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

## Antiphona.

## LECTIO BREVIS (ECCLESIASTICUS 24 : 19-20)

In platéis sicut cinnamómum et bálsamum aromatízans odórum dedi, quasi myrrha elécta dedi suavitátis odórum.

## LECTIO BREVIS IN TEMPORE ADVENTUS (ISAIAS 11 : 14-15)

Ecce virgo concípiet, et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Bútyrum et mel cómedet, ut sciat reprobare malum, et eligere bonum.

## RESPONSORIUM

- ℞. Speciósá facta es, \* et suávis. (T.P. Allelúia.)  
℣. In delíciis tuis, sancta Dei Géntrix.  
℞. \* Et suávis. (T.P. Allelúia.)  
℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.  
℞. Speciósá facta es, \* et suávis. (T.P. Allelúia.)

Il installe en sa maison la femme stérile, \*  
 heureuse mère au milieu de ses fils.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 147

Glorifie le Seigneur, Jérusalem ! \*  
 Célèbre ton Dieu, ô Sion !  
 Il a consolidé les barres de tes portes,  
 \* dans tes murs il a béni tes enfants ;  
 Il fait régner la paix à tes frontières, \*  
 et d'un pain de froment te rassasie.  
 Il envoie sa parole sur la terre : \*  
 rapide, son verbe la parcourt.  
 Il étale une toison de neige, \*  
 il sème une poussière de givre.  
 Il jette à poignées des glaçons ; \*  
 devant ce froid, qui pourrait tenir ?  
 Il envoie sa parole : survient le dégel ; \*  
 il répand son souffle : les eaux coulent.  
 Il révèle sa parole à Jacob, \*  
 ses volontés et ses lois à Israël.  
 Pas un peuple qu'il ait ainsi traité ; \*  
 nul autre n'a connu ses volontés.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

### LECTURE BRÈVE (BEN SIRAC 24 : 19-20)

Comme le cinnamome et l'acanthé aromatique j'ai donné  
 mon parfum, comme une myrrhe précieuse j'ai exhalé mes  
 senteurs.

### LECTURE BRÈVE PENDANT L'AVEUT (ISAÏE 11 : 14-15)

Voici que la vierge est enceinte, elle enfantera un fils, qu'elle  
 appellera Emmanuel. De crème et de miel il se nourrira, jus-  
 qu'à ce qu'il sache rejeter le mal et choisir le bien.

### RÉPONS

- R. Vous avez été rendue \* belle et douce, (T.P. Alléluia.)
- V. En vos délices, sainte Mère de Dieu.
- R. \* Belle et douce. (T.P. Alléluia.)
- V. Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.
- R. Vous avez été rendue \* belle et douce. (T.P. Alléluia.)

**Antiphona.** Sancta Maria, succurre miseris, juva pusillanimes, réfove flébiles, ora pro pópulo, intérvieni pro clero, intercède pro devóto femíneo sexu. (T.P. Allelúia.)

(Adv.) **Antiphona.** Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: Benedícta tu in muliéribus. Allelúia.

(Nat.) **Antiphona.** Nesciens Mater Virgo virum, péperit sine dolóre Salvatórem sæculórum: ipsum regem angelórum sola virgo lactábat úbere de cælo pleno.

#### CANTICUM BEATÆ MARLÆ VIRGINIS

Magníficat \* ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus: \*  
in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: \*  
ecce enim ex hoc beátam me dicent  
omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: \*  
et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: \*  
timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \*  
dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: \*  
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \*  
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israël púerum suum: \*  
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros: \*  
Ábraham, et sémini ejus in sæcula.

Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**



**Antienne.** Sainte Marie, secourez les pauvres, aidez les découragés, réconfortez les faibles, priez pour le peuple, intercédéz pour les clercs et pour les religieuses. (T.P. Alléluia.)

**(Avent) Antienne.** Je vous salue Marie, pleine de grâce, le Seigneur est avec vous ; vous êtes bénie entre toutes les femmes, alléluia !

**(Noël) Antienne.** Sans connaître d'homme, la Vierge Mère a enfanté sans douleur le Sauveur du monde : c'est lui le roi des anges, et la Vierge l'allaita à un sein plein de ciel.

### CANTIQUE DE MARIE

Mon âme ✠ exalte le Seigneur, \*  
 exulte mon esprit en Dieu, mon Sauveur !

Il s'est penché sur son humble servante ; \*  
 désormais, tous les âges me diront bienheureuse.

Le Puissant fit pour moi des merveilles ; \*  
 Saint est son nom !

Son amour s'étend d'âge en âge \*  
 sur ceux qui le craignent ;

Déployant la force de son bras, \*  
 il disperse les superbes.

Il renverse les puissants de leurs trônes, \*  
 il élève les humbles.

Il comble de biens les affamés, \*  
 renvoie les riches les mains vides.

Il relève Israël, son serviteur, \*  
 il se souvient de son amour,

De la promesse faite à nos pères, \*  
 en faveur d'Abraham et de sa race, à jamais.

Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

## PATER

Pater noster, qui es in cælis,  
 sanctificétur nomen tuum :  
 advéniat regnum tuum :  
 fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra.  
 Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie :  
 et dimítte nobis débita nostra,  
 sicut et nos dimíttimus debitoribus nostris,  
 et ne nos indúcas in tentatiónem,  
 sed líbera nos a malo.

## ORATIO

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitáte gaudére : et glóriosa beátæ Maríæ semper Virginis intercessióne, a præsénti liberári tristítia, et ætéRNA péfrui lætítia.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Adv.)* Deus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nunciánte, carnem suscípere voluísti : præsta supplícibus tuis, ut qui vere eam Genétricem Dei crédimus : ejus apud te intercessiόνibus adiuvémur.

Per éundem Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*(Nat.)* Deus, qui salútis ætéRNæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcúnda, humáno géneri præmia præstitísti : tríbue quæsumus : ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscípere, Dóminum nóstrum Jesum Christum Filium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.

℣. Benedicámus Dómino.

℞. Deo grátias.

## NOTRE PÈRE

Notre Père, qui es aux cieux,  
 que ton nom soit sanctifié,  
 que ton règne vienne,  
 que ta volonté soit faite sur la terre comme au ciel.  
 Donne-nous aujourd'hui notre pain de ce jour.  
 Pardonne-nous nos offenses,  
 comme nous pardonnons aussi à ceux qui nous ont offensés.  
 Et ne nous laisse pas entrer en tentation  
 mais délivre-nous du Mal.

## ORAISON

Seigneur, daigne nous accorder, à nous tes serviteurs, de jouir toujours de la santé de l'âme et du corps ; et par la glorieuse intercession de la bienheureuse Marie toujours vierge, délivre-nous des tristesses de la vie présente, et donne-nous d'avoir part aux joies éternelles.

Par Jésus Christ ton Fils unique notre Seigneur qui vis et règne avec toi dans l'unité du Saint-Esprit maintenant et pour les siècles des siècles.

*(Avent)* Seigneur, tu as voulu que ton Verbe prît chair dans le sein de la Vierge Marie par l'annonce de l'ange ; par son intercession, fais que nous la croyions toujours vraiment Mère de Dieu ; nous te le demandons par Jésus Christ ton Fils unique notre Seigneur qui vis et règne avec toi dans l'unité du Saint-Esprit maintenant et pour les siècles des siècles.

*(Noël)* Dieu tout-puissant, par la maternité virginale de la bienheureuse Marie, tu as offert au genre humain les trésors du salut éternel ; accorde-nous de sentir qu'intervient en notre faveur celle qui nous permet d'accueillir l'auteur de la vie, Jésus Christ, ton Fils, notre Seigneur. Lui qui règne avec toi et le Saint-Esprit, maintenant et pour les siècles des siècles.

℟. Amen.

℣. Bénissons le Seigneur.

℟. Nous rendons grâce à Dieu.

## AD COMPLETORIUM

℣. Deus ✠ in adiutorium meum intende.

℞. Dómine, ad adiuvándum me festína.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℞. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúia.

*(In Tempore Quadragesimæ ommittitur Allelúia.)*

## HYMNUS

Virgo singuláris,  
inter omnes mitis,  
nos culpis solútos  
mites fac et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut vidéntes Jesum,  
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spirítui Sancto,  
Tribus honor unus.  
Amen.

**Antiphona.** Cum jucunditáte memóriam beátæ Mariæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercédât ad Dóminum Jesum Christum. *(T.P. Allelúia.)*

## PSALMUS 12

Úsquequo, Dómine, obliviscéris me in finem? \*

Úsquequo avértis fáciem tuam a me?

Quám diu ponam consília in ánima mea, \*

dolórem in corde meo per diem?

Úsquequo exaltábitur inimícus meus super me? \*

respice, et exáudi me, Dómine, Deus meus.

## COMPLIES

V. Dieu, ✠ viens à mon aide,  
 R. Seigneur, à notre secours.  
 V. Gloire au Père, et au Fils et au Saint-Esprit,  
 R. Au Dieu qui est, qui était et qui vient, pour les siècles des siècles. Amen. Alléluia. (*Pendant le Carême on omet l'Alléluia.*)

## HYMNE

Ô Vierge unique, toi qui es  
 De tous les êtres le plus doux,  
 Fais que, déliés de nos péchés,  
 Nous soyons toujours doux et chastes.

Accorde-nous de vivre purs,  
 Prépare-nous un chemin sûr,  
 Que, dans la vision de Jésus,  
 À jamais nous soyons en liesse.

Louange au Père, notre Dieu,  
 Gloire à Jésus Christ, le Très-Haut,  
 Rendons honneur à l'Esprit Saint,  
 Un seul hommage aux trois Personnes !  
 Amen.

**Antienne.** Célébrons dans la joie la mémoire de la bienheureuse Marie, afin qu'elle intercède pour nous auprès du Seigneur Jésus Christ. (*T.P. Alléluia.*)

## PSAUME 12

Combien de temps, Seigneur, vas-tu m'oublier, \*  
 combien de temps, me cacher ton visage ?  
 Combien de temps aurai-je l'âme en peine  
 et le cœur attristé chaque jour ? \*  
 Combien de temps mon ennemi sera-t-il le plus fort ?

Illúmina óculos meos ne umquam obdórmiam in morte : \*  
 nequándo dicat inimícus meus : Præválui advérsus eum.  
 Qui tríbulant me, exsultábunt si motus fúero : \*  
 ego autem in misericórdia tua sperávi.  
 Exsultábit cor meum in salutári tuo :  
 cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi : \*  
 et psallam nómini Dómini altíssimi.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

## PSALMUS 130

Dómine, non est exaltátum cor meum : \*  
 neque eláti sunt óculi mei.  
 Neque ambulávi in magnis : \*  
 neque in mirabílibus super me.  
 Si non humíliter sentiébam : \*  
 sed exaltávi ánimam meam :  
 Sicut ablactátus est super matre sua, \*  
 ita retribútio in ánima mea.  
 Speret Israël in Dómino, \*  
 ex hoc nunc et usque in sæculum.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper,  
 \* et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

## LECTIO BREVIS (ECCLESIASTICUS 24 : 24)

Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónes, et sanctæ spei.

## RESPONSORIUM

- R.** Sancta Dei Gènitrix, \* Virgo semper María.  
 (T.P. Allelúia.)  
**V.** Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.  
**R.** \* Virgo semper María. (T.P. Allelúia.)  
**V.** Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
**R.** Sancta Dei Gènitrix, \* Virgo semper María.  
 (T.P. Allelúia.)

Regarde, réponds-moi, Seigneur mon Dieu ! \*  
 Donne la lumière à mes yeux,  
 garde-moi du sommeil de la mort ;  
 Que l'adversaire ne crie pas : « Victoire ! » \*  
 que l'ennemi n'ait pas la joie de ma défaite !  
 Moi, je prends appui sur ton amour ; +  
 que mon cœur ait la joie de ton salut ! \*  
 Je chanterai le Seigneur pour le bien qu'il m'a fait.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

### PSAUME 130

Seigneur, je n'ai pas le cœur fier ni le regard ambitieux ; \*  
 je ne poursuis ni grands desseins,  
 ni merveilles qui me dépassent.  
 Non, mais je tiens mon âme égale et silencieuse ; \*  
 mon âme est en moi comme un enfant,  
 comme un petit enfant contre sa mère.  
 Attends le Seigneur, Israël, \*  
 maintenant et à jamais.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

### LECTURE BRÈVE (BEN SIRAC 24 : 24)

Je suis la mère du bel amour, de la crainte de Dieu et de la connaissance et aussi de la sainte espérance.

### RÉPONS

- R̄. Sainte Mère de Dieu, \* Marie toujours vierge.  
(T.P. Alléluia.)
- Ψ. Intercédez pour nous auprès du Seigneur notre Dieu.
- R̄. \* Marie toujours vierge. (T.P. Alléluia.)
- Ψ. Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit.
- R̄. Sainte Mère de Dieu, \* Marie toujours vierge.  
(T.P. Alléluia.)

**Antiphona.** Sub tuum præsidium confugimus, sancta Dei Génitrix : nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa et benedicta.

**CANTICUM SIMEONIS**

Nunc dimittis servum tuum, Dómine, \*  
 secúndum verbum tuum in pace :  
 Quia vidérunt óculi mei \*  
 salutáre tuum,  
 Quod parásti \*  
 ante fáciem ómnium populórum,  
 Lumen ad revelatióem Géntium, \*  
 et glóriam plebis tuæ Israël.  
 Glória Patri, et Fílio, \* et Spirítui Sancto.  
 Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, \*  
 et in sæcula sæculórum. Amen.

**Antiphona.**

**ORATIO**

Grátiam tuam, quæsumus, Dómine, méntibus nostris infúnde : ut, qui, Ángelo nuntiánte, Christi Fílii tui incarnatiónem cognóvimus ; per passiónem eius et crucem, ad resurrectiós glóriam perducámur.

Per eúndem Dóminum nóstrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sæcula sæculórum.

**R.** Amen.

**Y.** Benedicámus Dómino.

**R.** Deo grátias.



**Antienne.** Sous l'abri de votre miséricorde, nous nous réfugions, Sainte Mère de Dieu. Ne méprisez pas nos prières quand nous sommes dans l'épreuve, mais de tous les dangers délivrez-nous toujours, Vierge glorieuse, Vierge bienheureuse.

#### CANTIQUE DE SYMÉON

Maintenant, ô Maître souverain, +  
 tu peux laisser ton serviteur s'en aller \*  
 en paix, selon ta parole.  
 Car mes yeux ont vu le salut \*  
 que tu préparais à la face des peuples :  
 lumière qui se révèle aux nations \*  
 et donne gloire à ton peuple Israël.  
 Gloire au Père, au Fils, et au Saint-Esprit, \*  
 pour les siècles des siècles. Amen.

**Antienne.**

#### Oraison

Répands, Seigneur, ta grâce en nos âmes ; afin qu'ayant connu, par le message de l'ange, l'incarnation de ton Fils Jésus-Christ, nous parvenions, par sa passion et par sa croix, à la gloire de sa résurrection. Par le même Jésus, le Christ, notre Seigneur et notre Dieu, qui vit et règne avec toi et le Saint-Esprit, dans les siècles des siècles.

**R.** Amen.

**V.** Bénissons le Seigneur.

**R.** Nous rendons grâce à Dieu.

## ANTIPHONA FINALIS BEATÆ MARÆ VIRGINIS

Salve, Regína, mater misericórdiæ  
Vita, dulcédo et spes nostra, salve  
Ad te clamámus, éxules fílii Evæ.  
Ad te suspirámus, geméntes et flentes  
In hac lacrimárum valle.  
Eia ergo, advocáta nostra,  
Illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte.  
Et Jesum, benedíctum frucum ventris tui,  
Nobis post hoc exsílíum osténde  
O clemens, o pia, o dulcis Virgo María.

*In Tempore Adventus et Nativitatis*

Alma Redemptóris Mater,  
Quæ pérvia cæli porta manes,  
Et stella maris,  
Succúrre cadénti  
Súrgere qui curat pópulo :  
Tu quæ genuísti, natúra miránte,  
Tuum sanctum Genitórem :  
Virgo prius ac postérius,  
Gabriélis ab ore  
Sumens illud Ave,  
Peccatórum miserére.

*In Tempore Quadragesimæ*

Ave, Regína cælórum  
Ave, Dómina angelórum,  
Salve, radix, salve, porta  
Ex qua mundo lux est orta.  
Gaude, Virgo gloriósa,  
Super omnes speciósa ;  
Vale, o valde decóra  
Et pro nobis Christum exóra.

*In Tempore Paschali*

Regína cæli, lætáre, Allelúia !  
Quia quem meruísti portáre, Allelúia !  
Resurréxit, sicut dixit, Allelúia !  
Ora pro nóbis Déum, Allelúia !

*ANTIENNE FINALE À LA VIERGE MARIE*

Salut, ô Reine, mère de la miséricorde,  
 Vie, douceur et notre espérance, salut !  
 Enfants d'Ève exilés, nous crions vers vous.  
 Vers vous, nous soupirons  
     parmi les cris et les pleurs  
 De cette vallée de larmes.  
 Ô vous notre avocate,  
 Tournez vers nous  
     votre regard plein de miséricorde.  
 Et Jésus, le fruit béni de vos entrailles,  
 Montrez-Le nous à l'issue de cet exil.  
 Ô clémente, ô bonne, ô douce vierge Marie.

*Pendant l'Avent et le temps de Noël*

Sainte Mère de notre Rédempteur  
 Porte du ciel, toujours ouverte,  
 Étoile de la mer,  
 Viens au secours du peuple qui tombe  
 Et qui cherche à se relever.  
 Tu as enfanté, ô merveille !  
 Celui qui t'a créée,  
 Et tu demeures toujours vierge.  
 Accueille le salut de l'ange Gabriel  
 Et prends pitié de nous, pécheurs.

*Pendant le Carême*

Salut, Reine des cieus !  
 Salut, Reine des anges !  
 Salut, Tige féconde !  
 Salut, Porte du ciel !  
 Par toi, la lumière s'est levée sur le monde.  
 Réjouis-toi, Vierge glorieuse,  
 Belle entre toutes les femmes !  
 Salut, splendeur radieuse :  
 Implore le Christ pour nous.

*Au temps pascal*

Reine du ciel, réjouis-toi, alléluia !  
 Car le Seigneur que tu as porté, alléluia !  
 Est ressuscité comme il l'avait dit, alléluia !  
 Reine du ciel, prie Dieu pour nous, alléluia !